

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Sectio Septima. De Ministro Sacmentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)

Atque hæc sati de reviviscentia Sacramentorum, que purè purè dependet à voluntate Christi seu Dei, quæ nimis obscura est, ut afferamus alia Sacra menta præter

Baptismum reviviscere. Et ab eadem voluntate Christi dependet legitimus Minister Sacramentorum, de quo instituitur

SECTIO SEPTIMA.

De Ministro Sacramentorum.

^{1.}
1. Cor. 4.

Sic nos existimet homo (inquit Apostolus 1. Cor. 4. v.1.) ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Indubie igitur ille omnis & solus est minister Sacramentorum, quem Christus in sua institutione designavit. Quis autem singulorum Sacramentorum in particulari minister à Christo sit assumptus, pertinet ad disputationes de singulis in particulari; in praesenti solùm proponemus aliqua communia ministris omnium Sacramentorum.

^{Non omnes Christiani in omnibus Sacramentis administrandi habent potestatem. Trident.}

Suppono autem ex Concil. Trident. sess. 7. can. 10. non omnes Christianos in omnibus Sacramentis administrandi habere potestatem. Verba Trident. sunt: si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus Sacramentis administrandi habere potestatem, anathema sit.

^{2.}
Oppositus error est Lutheri,

Oppositus error est Lutheri, qui in lib. de Missa privata & Unctione Sacerdotum edito anno 1534. non solùm omnibus hominibus, sed etiam dæmonibus tribuit potestatem ministerialē omnium Sacramentorum: Ego (inquit) non dicam, quod Papistæ dicunt, nullum Angelorum, nec Marianum quidem ipsam consecrare posse. Sed è contra dico, si diabolus ipse veniret, & ego poſtea reſicerem diabolum sic irreptissime in officio pastoris Ecclesia in ſpeci hominis, vocatum ad predicandum, & publice in Ecclesia docuiffe, baptizaffe, celebraffe missam & absolvisse à peccatis, & tali munere functum eſſe iuxta institutionem Christi, tunc cogenerum fateri, Sacra menta ideo non eſſe inefficacia, ſed verum Baptismum, verum evangeliū, verum abſolutionem, verum Sacramentum Corporis & Sanguis Christi nos accepiffe. Hæc ille.

^{Couſus probationes in validis.}

Probat autem, tum quia fides noſtra, dignitas & efficacia Sacramentorum, non nritur qualitate perſonæ, ſed Christi verbi & ordinatione: tum quia Judas, qui erat membrum diaboli, non minùs prædicabat & baptizabat, quam ceteri Apoſtoli. Cur igitur non poſſit diabolus, quod poſſunt membra ejus?

^{3.}
Bellar.

Sed hæc probationes parum habent momenti: facile reſpondeat Bellar: lib. I.

de Sacramentis in genere cap. 24. lit. F. Ad 1. Sacramentorum efficaciam non pendere à quacumque qualitate ministri; non enim à bonitate v. g. tamen pendet à qualitate essentiali, ſine qua non eſtet verus minister; talis autem eſt, ut fit homo.

Ad 2. fateatur Judas fuſſe membrum diaboli, ſed non ut tale adminiſtravit Sacramentum, verùm ut minister Christi; quia verus homo erat, & à Christo acceperat potestatem Baptizandi, quorum neutrū diabolo convenit. Et ſanè Lutherus erat membrum diaboli, comedebat vitaliter, bibebat, dormiebat; num propterea hæc poterat diabolus? & quare non poterat? Cito reſpondeo: quia non erat homo conſtant anima & corpe, ſed ſpiritus, qui carnem & oſſa non haberet, adeoque incapax eſt ejusmodi operationum corporalium.

In altero extremo verſatur Calvinus, qui nequidem in neceſſitate concedit mulieribus baptizare. Sic enim ſcribit in Antidoto ad can. 10. ſeff. 7. jam citatum: Nemo ſanus Christianos omnes in verbi, Sacramentorum administratione pares facit: non ſolum quia decenter & ordine geri omnia in Ecclesia decer, ſed etiam quod singulari Christi mandato ad eam rem ordinantur ministri. Et inſtr: Porro manus Baptizandi ubi mulieribus inuincitum reperient, quemadmodum illis permittunt?

Reſpondeo in communi ſenu & perpetua traditione Ecclesie. Sed, ut proprie ad rem accedamus, pro doctrina Catholica erit

^{4.}
Calvinus nequidem in neceſſitate te concedit mulieribus baptizare.

CONCLUSIO I.

Ordinarius minister Sacramentorum ex vi praesentis institutionis eſt ſolus homo viator ratione utens.

^{5.}
Vltima pars nullam patitur contradictionem, conſtat quippe apud omnes, administrationem Sacramentorum, quæ in uſu conſiſtunt, neceſſari eſſe actionem humanam,

Sect. 7. De Ministro Sacrament. Concl. I. 143

Administratio Sacra-
mentorum in
uia con-
fessio[n]is ne-
cessario est
actio huma-
na.

humanam, atque ad eam requiri certam intentionem (ut infra explicabitur) qua absque usu rationis nequeunt haberi. Et quamvis Eucharistia validè ministretur ab amente aut puer, certum tamen est non esse ministros à Christo ad hoc munus deputatos.

Ratio prioris
partis
Conclusio
nis est vo-
luntas Chi-
risti

Porro ratio à priori primæ partis est voluntas Christi, qui sicut instituit Sacramenta pro Ecclesia sua militante, sive pro membris Ecclesie militantis, ita quoque voluit ordinarios ministros Sacramentorum esse membra ejusdem Ecclesie actu, vel obligatione.

Quae nobis
innocentia
ex perpetuo
communi-
tate totius
Ecclesie.
Luc. 22.
Mark. viii.

Hæc voluntas nobis innobescit ex communione & perpetuo usu totius Ecclesie. Deinde ex ipsa Scriptura sacra; siquidem de Eucharistia Luc. 22. v. 19. non Angelis, sed Apostolis, qui erant homines viatores, dictum est: *Hoc facite in meam commemorationem;* & de Baptismo Matth. ultimo v. 19. *Baptizate omnes gentes.* De Extrema Unctione Jac. 5. v. 14. *Inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum ungentes eum &c.* de Pœnitentia Joan. 20. v. 23. *Quorum remiserunt peccata, remittuntur eis &c.* De Ordine & Confirmations constat ex Concilio & traditione ministrum regulariter debere esse Episcopum, qui (ut dicitur ad Heb. 5. v. 1.) ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Dœnum. Denique Matrimonium fatentur omnes non posse fieri nisi inter homines, qui simili sunt contrahentes & ministri. Unde dixit Adam Gen. 2. v. 23. *Hoc nunc os ex opib[us] meis, & caro de carne mea &c. Quomodo relinquet homo patrem suum & matrem; & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una.*

Tac. 5.
Mat. 29.

Et Christus Mar. 12. v. 25. Cum à mortuis surrexerint, neque nubent, neque nubentur &c.

Ratio con-
gruentia ex
dicto.

Rationem congruentiae assignat Doctor Subtilis 4. dist. 6. q. 1. n. 3. ibi: *Generaliter etiam congruum est ab homine viatore conferri Baptismum (eadem est ratio de alijs Sacramentis) & non ab Angelo aliquo; tum quia Christus, qui instituit, homo fuit; tum quia in Sacramento est aliquid sensibile & aliquid spirituale, & per consequens magis congruit ministro, & ueniens sensu & intellectu, quam pure intellectuali.*

Non obstat,
quod dispe-
litione di-
vina ali-
quando An-
geli mini-
strerint
Sacramenta

Cum hoc tamen stat, quod ex priuilegio & dispensatione divina aliquando Angeli Sacramenta ministraverint & ministrerent, ut ibidem docet Scotor. n. 2. ibi: *Dixit autem generaliter si propositum nature intellectuale, quia si bonus Angelus extraordinari potestate baptizaret in corpore assumpto cum omnibus prædictis conditionibus, tunc supponendum esset verum esse eius Baptismum; quia*

non fieret nisi de precepto Dei: nec esset ille baptizatus ab Angelo iterum rebaptizandus; sicut Michael prohibuit Episcopo dedicare Ecclesiam suam in monte Gargano, afferens eam à se dedicatam fuisse.

Aliud exemplum magis ad propositum legimus apud Nicephorum lib. 11. hist. cap. 20. ubi narrat. S. Amphilochium fuisse ab Angelis consecratum Episcopum: Angelos (inquit) Deus misit, qui mysticâ & arcana benedictione, & Episcopali arrogatione eum dignati, intellectuali modo consecravit, & Hierarchiam civitatis Ieongi renuntiavit.

Nicephorus
Lugo disp. 8. n. 1.)

Si fuit (inquit Card. Lugo disp. 8. n. 1.) *Intellectu[m] solùm consecratio, non fuit sensibilis, atque adeo nec propriè Sacramentalis. Consentio, si verum est quod supponitur, scilicet, consecrare intellectuali modo idem esse quod consecrare insensibiliter.*

Consecrari
in intellectua-
li modo no-
n est idem quod
consecrare
intensibili-
ter.

Ast quæ necessitas istiusmodi identitatis? Certe testatur sacra pagina non uno, sed diversis locis, Sanctos Angelos sensibiliter locutos, aliasque actiones sensibiles exercisse. An ideo vitali ac corporali modo; id est, per organa corporis animati; ad tales actiones propriè destinata? Minime; quia magis spirituali modo, id est, modo spiritibus proprio, ac quadammodo intellectuali, id est, solitus intellectus Angelici naturali acuminè attingibili. Sic loquebantur per solam aëris collisionem & fractionem artificiosam ad corpus assumptum, ad quam sufficiebat virtus motiva secundum locum. Et pari modo comedebant & bibebant, non virtute principiū vitæ corporalis, & in ordine ad nutritionem, sed per solūm motum localē, cibum ac potum in corpus assumptum demittendo.

3.

Hoc extraordinarium Angeli privilegium non obscurè indicat Aug. lib. 2. Extraordi-
nari illud
Angeli pri-
vilegium in-
dicat Au-
gustinus.

contra Epistolam Parmentiani c. 15. in fine his verbis: *Nemo ergo accipit sine dante, sed quod pertinet ad Baptismi sanitatem: adeo dicat Au-*

Deus, qui d[icit], & homo, qui accipiat, sine per

se ipsum douante Deo, sive per Angelum, sive

per hominem sanctum, sicut per Petrum, sive

per Ioannem, sive per hominem iniquum &c.

Adde, sive per Angelum iniquum: ita enim sentit Doctor noster supra, ibi: *Si etiam malus Angelus in corpore assumpto baptizet, & constet, quod esset de precepto Dei, talis habendus esset pro baptizato; quia oportet malum Angelum etiam invitum obedire Deo. Sed non esset sine certa revelatione super hoc habita credendum, quod malus Angelus verè baptizaret.*

Quidquid sit, an Angeli aliquando baptizariunt, aut alia Sacramenta, quæ in usu consistunt,

Non offendit
datur im-
possibili-
tas cur ne-
queant An-
geli, etiam
sine corpore
assumpto,
ministrare
Sacramenta
qui con-
sistunt in
usu.

10.

consistunt, ministraverint; fide humana ex historijs creditur, interdum administrasse hominibus Eucharistiam. Impossibilitas quoque aliorum non potest ostendi, etiam sine corpore assumpto, dummodo applicent materiam, & efforcent voces sensibiles, quibus formam essentialē exprimant.

Dices cum Lugone supra: Sacramentum nostrum includit verba humana & actiones humanas; immo actiones hominis habentis talēm potestatem, Sacerdotalem v. g. vel Episcopalem, quales non sunt actiones Angelicæ; igitur fatendum est, non fieri tunc Sacramentum omnino ejusdem rationis cum nostris; sed ponit eundem effectum per aliud medium aliquantulum diversum.

Respondeo negando antecedens; non enim Sacramentum est signum practicum gratiarum (quod est tota ipsius essentia) quia materia applicatur, vel forma profertur ab homine, aut per actionem vitalem ordinario vel extraordinario modo (illa quippe omnia impertinentia sunt ad significacionem, & per consequens ad causalitatem, quae ex sola significacione desumitur) sed quia sensibiliter materia applicatur, & forma profertur à quocumque ministro legitimo, ordinario, sive extraordinario; si quidem æqualiter ex communi instituto significat lotio v. g. vitalis, & non vitalis; similiter prolatione formæ per principium vivificans corpus, & per principium dimitratis assistens. Neque attendit Deus aut Ecclesia ad modum applicandi materiam aut formandi verba, sed ad significacionem; non quām haber materia vel forma à proferente, sed ex communi usu aut institutione Christi.

11.

Etenim interrogō, an ille, cui excisa est lingua à Tyranno ob confessionem fidei, possit ministrare Sacramentum, Deo supplente in ipso per initaculum defectum instrumentorum, & dando vocem & loquela absque lingua? Vel etiam, si edentulus, qui dentibus apositis artificialiter loquitur formatè, sine quibus tamen nequit intelligibiliter formare verba; an hic (inquam) possit baptizare, tametsi non loquatur per instrumentum conjunctum? Nemo dubitat quin possit.

Pariformiter discurreo de ipsa lotione baptismali, ad quam requiritur ut fiat per ministrum, sive per instrumentum conjunctum quantum ad functionem vitæ, sive per separatum, perinde judicio. Enimvero in artificialibus & moralibus multa sunt per instrumentum non conjunctum, quatenus artifici aut altetū cause morali trahantur. Sanè quis credat invalidè eum

baptizare qui ad lotionem non utitur manibus, quae tamen sunt instrumentum conjunctum & connaturale, quod ad ejusmodi actionem communiter defervit?

Dato quoque quod actio vitalis ministri requireretur ad ministerium Sacramentum, id intelligendum est de lege Dei ordinata; non autem de potentia Dei absoluta, seu extraordinaria commissione.

Medium quidem tunc aliquantulum est diversum, sed non formaliter, sive in ratione Sacramenti; nam eodem modo significabit & causabit gratiam, præsertim cum Sacramentum in ratione sua non includat intrinsecè personam ministri, immo nec potentiam ipsius; quāmvis & persona & potestas requirantur, ut ponatur actio sacramentalis, qua sola immediate significat & movet Deum ad producendam gratiam. Unde minister non aliter concurrat, quām per ipsum Sacramentum, quod ponit; vocetur causa ministerialis, & vocetur moralis mediata, quæstio est de nomine.

Nec video quare Sacerdos medijs verbis potius moraliter concurrat ad positionem Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini, quām minister Baptismi medijs abolitione & prolatione forma ad gratiam baptisabilem, aut certè persona Sacerdotis in Sacramento Pœnitentia ad caufandam remissionem peccatorum; quippe tam ad absolutionem, quām consecrationem, requiritur character Ordinis; & verba prolatione nullum sunt habitura effectum, si ab alia persona proferantur: non apparet (inquam) sufficiens differentia; ni forte in eo, quod conficiens Eucharistiam sustinet personam Christi, cum non utatur verbis suis, sed Christi, ut dicunt Sancti Patres, & patet ex Canone missæ.

Hactenus de Angelo; & eadem prorsus est ratio de anima separata: quia nec etiam ipsa est homo.

Nec obstar, quod retineat characterem; quippe character (ut diximus sect. 4. conclus. 7.) non est ipsa potestas, sed signum potestatis in via accepta, quod etiam manet in animabus damnatis. Num ideo & ipsa potestas? Negat communis sententia.

Ex qua videtur inferri nec hominem gloriosum, sive animam unitam corpori gloriose in statu comprehensoris, licet retineat characterem, posse esse validum ministerium nostrorum Sacramentorum. Nam in primis (inquit Lugo disp. 8. n. 2.) post diem judicij omnes sacerdotes retinebunt characterem suum, & tamen tunc non poterunt consecrare Eucharistiam, non solùm ex defectu

12.
Dato, actio-
nem vitalē
ministri re-
quiri ad mi-
nisterium
Sacramen-
tum, id intelligi-
dum eū de
lege Pe-
diat.

Ministra-
nus
aliter con-
currat ad
effectum,
quām per
ipsum Sa-
cramentum,
quod ponit.

13.
Eadem sa-
ratio de
anima sepa-
rata, quā de
Angelo.
Non obstat
quod reti-
neat Cha-
racterem.

14.

Lugo.

x. **Cer. 1.** ex defectu materiae panis & vini; sed etiam ex defectu potestatis, quam scilicet accepterunt solum ad consecrandum in hoc mundo ante diem judicij, ut videtur colligi ex Apostolo 1. ad Cor. 11. v. 26, in illis verbis: *Quotiescumque enim manducabis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat; ubi juxta communem interpretationem explicatur institutio sacrificii Eucharistici facta solum pro tempore hujus mundi duratur usque ad consummationem saeculi. Hec ille.*

Dicastillo. Respondet Dicastillo disp. 3. n. 41. ex illa Scriptura ad summum probari cessationem omnium Sacramentorum novae Legis post resurrectionem generalem, quando nulli amplius erunt homines viatores, pro quibus solis (in suo loco patebit) Sacra menta sunt instituta. De cetero dum Sacra menta durant cum sua significatione, & sunt tempora & subjecta capacia significationis & effectus illorum, adhucque eorum viget usus; non video (inquit) cur signum illud sensibile, exhibitum ab homine, quantumvis non viatore, non possit valere.

Ex nullo capite constat hominem non viatorem esse institutum Ministerum sacramenti.

15. Respondeo: quia neque ex Scriptura, neque ex Concilij aut Traditione constat hominem non viatorem a Christo assumptum & institutum fuisse ministerum Sacramentorum Ecclesie militantis: illi autem solus (ut dixi in principio hujus sectionis) est ordinarius & legitimus minister, quem Christus in sua institutione designavit.

Et haec est ratio a priori hujus sententiae, quam his verbis exprimit Card. supradictum. 3. Sacra menta sunt Ecclesie ut ministrentur ijs, qui sunt intra Ecclesiam, ab Ecclesie visibili militante per suos ministros, quales non sunt ijs, qui jam sunt extra hunc mundum, & qui nullo modo subjacent directe vel indirecte Ecclesie. Alioquin Episcopus damnum cum corpore & anima, ex odio in Deum ad irrogandam injuriam Sacramento, conferret alteri damnato, qui similiter ibi esset cum corpore & anima, Sacramentum Confirmationis & Ordinis, nisi Deus per miraculum impedit. Sed hinc instantia frivola est: ut enim statim dixi, Sacra menta non sunt instituta nisi pro viatoribus.

16. **Probatio-**
nem ex ver-
bis Jacobi
Improbatio-
nem ex ver-
bis Dicastillo

Aliam probationem ejusdem Auctoris eodem numero in principio desumptam ex verbis Jac. 5. v. 14. Inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum &c. qui autem non est viator non est Presbyter hujus Ecclesie, sed fuit; improbat Dicastillo n. 43, dicens, esse Presbyteros Ecclesie triumphantis; quod vero debeat esse militantis,

hoc est quod querimus, an necesse sit quod sint in militante; & contendimus sat's esse, quod pro tunc sint in militante, hoc est, cum ijs, qui sunt in militante; & satis etiam est, quod sint ordinati ab Ecclesia, ut dicantur Presbyteri Ecclesie. Ita praefatus Auctor.

Sed contra: hoc etiam est quod querimus, an sufficiat quod sint Presbyteri Ecclesie triumphantis, & pro tunc sint in militante. Probet id Dicastillo, & jungimus dexteram. Interē certum nobis est Jacobum locutum fuisse de Presbyteris Ecclesie militantis, & nequidem somniaisse de Presbyteris Ecclesie triumphantis, cū fortē nullus ante generalē resurrectionem, quando cessabit usus Sacramentorum, talis futurus fit. Ut quid ergo Christus talem designasset in ordinarium ministru suorum Sacramentorum?

17.
Qui & pro
fua opinio
ne adducit
Div. Thomam, sed
curvam.
Ut ostendit
ex D. Thomā pri
mo.

Dicastillo pro sua opinione (quam primitat Suarez disp. 13. sect. 1. probabilem) allegat auctoritatem D. Thom. q. 64. a. 7. ad 2. Sed (ut bene notavit Cardinalis supra num. 3.) S. Thomas id non afferit, sed permittit in solutione illius argumenti, quia ad propositionem parum referebat, cū adhuc eo admisso negari posset consequentia de Angelis, de quibus contendebat argumentum posse administrare vera Sacra menta.

Adde, quod Doctor Angelicus videtur loqui etiam de animabus separatis, cū de facto non constet aliquem purum hominem exceptā Dei genitricē Maria cum corpore glorioſo esse in celo. Verba eius sunt: Ad 2. dicendum, quod Sancti, qui sunt in celo, sunt similes Angelis quantum ad participationem gloriae. Quis autem ambigat animas glorioſas esse similes Angelis quantum ad participationem gloriae?

18.
Respondo
ad histo
riam de S.
Thoma
Apostolo
singulis an
nis suos
communi
cante.

Optime quoque respondet Emin. ad historiam, quam ex alijs Auctoriis refert Thomas Stapletonus in Collectaneo de S. Thom. Apostolo, scilicet anno 1120. Patriarcham quemdam Indorum, Joannem nomine, Roman venisse, ibique Calixto II. Pape & Cardinalibus in consistorio testatum esse, S. Thomam Apostolum omni anno communicare solitum populum suum manu propriā dignis porrectā, & retractā ab indignis. Respondet (inquam) quidquid sit de veritate illius historie, ex illa non haberi quod Apostolus consecraret Eucharistiam, sed solum, quod illam distribueret.

Et esto utrumque fecerit, id non ex communi lege, sed ex singulari Dei concessione fecisse; quod ab omnibus fortasse fatendum erit, cū constare non possit Apostolū cum

cum suo vero corpore comparuisse, totiesque repetito miraculo resurrexisse, & iterum mortuum fuisse. Quare credibilis est, animam solam cum corpore aëreo adfuisse; quemadmodum Angelus in corpore assumpto communicavit S. Bonaventuram, per specialem potestatem sibi à Deo ad illum actum concessam.

19.

Status hominis viatoris est qualitas essentialis ministri ordinarij sacramentorum novae Legis, quæ tamen extraordinariæ sive ab Angelis, sive ab animabus separatis, aut hominibus beatum validè administrantur; quemadmodum ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solus Episcopus, extraordinarius autem ex speciali commissione Pontificis simplex Sacerdos.

Sed cum haec satis constent, major olim fuit in Ecclesia controversia propter Cyprianum & alios Patres Africanos, qui putabant Baptismum ab hereticis collatum irritum esse, an similius bonitas aut fides ministri sit conditio essentialiter requisita ad valorem Sacramenti? Modò inter Catholicos summa est consensio; enimvero omnes unanimiter docent, quod

CONCLUSIO II.

Nulla fides aut bonitas ministri requiritur ad valorem Sacramenti.

20. Conclusio
est definita
à Tridentino.

I Ta novissimè definivit Concil. Trident. sess. 7. can. 12. de Sacramentis in genere: Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia, que ad Sacramentum conscientium aut conferendum pertinent, servaverit, non confidere aut conferre Sacramentum; anathema sit. Et de Baptismo can. 4. Si quis dixerit, Baptismum, quo etiam datur ab hereticis in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit.

Idem priùs docuerat Concil. Florent. in decreto Unionis agens de ministro Baptismi: Ministrus (inquit) huius Sacramenti &c. In causa autem necessitatibus non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus & mulier, imo etiam paganus & hereticus baptizare potest, dummodo servet Ecclesia &c.

21. Contrarius
error fuit
Joannis
Wiclef.

Contrairem errorum defendit Joannes Wiclef, cuius articulus 4. à Concil. Constantiensi sessi. 8. damnatus talis erat: Si

Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

Olim etiam D. Cyprianus, securus Agripinum prædecessorem suum in Episcopatu Carthaginensi, cum multis Africa Episcopis constanter asseruit, & suā eloquentiā ac eruditione acerimè propagnavit inviolabilitatem Baptismi collati ab hereticis, ob-

D. Cyprianus propagavit inviolabilitatem Baptismi collati ab hereticis

Qui tamen ante mortem se coexit.

Cyprianum quoque se ante mortem correxisse docet Aug. epist. 48, ibi: Cyprianus autem sensisse alter de Baptismo, quam formata & consuetudo habebat Ecclesia, non in canonice, sed in suis, & in Concilio litteris inventur. Correxisse autem istam sententiam non inventus: non incongruenter tamen de tali viro existimandum est, quod correxerit, & suppressum sit ab eis, qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt.

Et lib. unico de Baptismo c. 13, ibi: Sic etiam in martyre gloriissimo Cypriano si apud hereticos vel schismaticos datum Christi Baptismum noblet agnoscere, dum eos nimium detestaretur, quos a Catholica unitate, quam multum dilexit, separatos dolebat, tanta eius merita usque ad triumphum martyrij consecuta sunt, ut & charitatis quâ excellebat luce, illa obumbratio fugaretur, & ut sacramentum fructuofus fieret fructuofus, si quid habebat purgandum, si nulla re alia, certe passionis falce ultimâ tolleretur.

Rationem à priori Catholice veritatis assignat Doctor Subtilis 4. d. 5. q. 1. n. 4. Veritas (inquit) questionis patet ex autoritatibus multis, quod quâcumque malitia minister sit malus, sive hereticus, sive schismaticus, sive morum, salvâ unitate Ecclesia, si intendit facere quod facit Ecclesia, & servet modum Ecclesia, verè consent Baptismum; & talis Baptismus verè habet effectum in baptizato non obstante malitia ministri, nisi obilee malitia sufficienter in hoc quod recipit a talim ministero. Veritas autem iussus solutione non habet nisi rationem unam propter quid, scilicet quia ita placuit Christo instituere, ut malitia ministri non impedit Sacramentum, nec eius effectum. Hac Scotus.

Borrellius
tum Christi
ut malitia
ministris
non impe-
dit Sacra-
mentum
probatur
maximi-
perpetue
traditione
Ecclesias
De qua Ap-
p. 22.

Porro hoc beneplacitum Christi probatur maximè ex perpetua & constanti traditione Ecclesiae, quam contra Cyprianum urit Stephanus Papa, de qua D. Augustinus lib. 2. de Baptismo c. 7. ita scribit: Nolite ergo nobis autoritatem obiecere Cypriani ad Baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplum Cypriani ad initia conservationem, nondum guttinas

Nondum enim erat diligenter illa Baptismi quæstio pertractata, sed tamen saluberrimam consuetudinem tenebat Ecclesia, in ipsis quoque schismaticis & hereticis corrigere quod pravum est, non iterare quod datum est; sanare quod vulneratum est, non curare quod sanum est. Quam consuetudinem credo ex Apostolica traditione venientem, sicut multa non inventantur in litteris eorum, neque in Concilij posteriorum; & tamen quia per universam eufluuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata leguntur. Hanc ergo saluberrimam consuetudinem per Agrippinum predecessorum suum dicit S. Cypriani quasi capite corrigi. Sed sicut diligentius inquisita veritas docuit, que post magnos dubitationes fluens ad plenarij Concilij confirmationem perdustra est, verius creditur per Agrippinum corrupti cepisse, non corrigi. Hucusque Divus Augustinus qui ex professo in libris de Baptismo contra Donatistas, qui errorem Cypriani resuscitaverant, cum refellit, multis auctoritatibus & rationibus ostendens extra veram Ecclesiam validum conferri Baptismum.

24. Qui & con-
suetudinem
luculentem
decuit.

Eamdem veritatem plurimis alijs locis luculentiter docuit, presertim tract. 5. in Joannem ante medium, ibi: Baptisma tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis est ille, per cuius ministerium datur. Et paulo post medium: Non exhortat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem. Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est Dominus? Et circa finem ex illo Joannis 4. verlu 2: Quamquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, colligit Judam validè baptizasse, cum ab eo baptizati non sint iterum baptizati; & addit: Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicatur: hic est qui baptizat.

Rursus lib. de unicō Baptismo cap. 11. Proclus (inquit) fieri potest, ut aliqui verum habeant Baptismum, & non habeant veram fidem. Quod probat à simili: Sicut fieri potest, ut habeant verum Euangelium, quod non recte intelligendo, falsi aliqui credant de Deo. Numquid propter ipsam fidem falsitatem, etiam Euangelium, quod verum apud ipsos inventur, detestandū aut emendandum putabimus? Plura testimonia vide apud Magistrum 4. dist. 5. lit. A. haec sufficiunt in re clara & ab omnibus Catholicis (ut dictum est) admissa.

25. Congruen-
tia talis id-
dicutionis,
ut non no-
cessari malitia
ministris, ex
Secto.

Solum advero cum Scoto supra n. 4. quod ita fuerit Baptismus instituendus, plures esse rationes congruentiae. Principua sumitur ex fine: Quia (inquit Doctor n. 5.) si Baptismus (eadem est ratio aliorum

Sacramentorum) non posset conferri, nisi à bono, non esset in magnum remedium viatoris, sed quasi communiter in detrimentum; cum enim nullus posset esse certus de bonitate propria, multo magis nec de bonitate alterius: ergo si ex bonitate ministri dependeret Baptismus, minquam posset aliquis esse certus se vere receperisse Baptismum; quod est inconveniens.

Et si obiectas, quod nec modo potest esse certus, quia ne certis dispositionem suam propriam, hoc non obstat; quia satis potest nosse certitudinaliter, sicut requiritur certitudo, quod ipse met intendit recipere Baptismum, & hoc sufficiet ex parte eius. Si vicias, quod non potest esse certus de intentione ministri, hoc non obstat: quia probabiliter presum potest, quod ministri talem actum exercentes, intendant facere illud, ad quod actus secundum se ordinatus est: sed non ita posset haberi certitudo de bonitate vel sanctitate ministri.

Hanc rationem indicat D. August. lib. 1. contra litteras Petiliani c. 3. ibi: Ergo baptizantur à bonis ut possint fidem percipere, non reatum. Sed quomodo & de istis securi erunt, si conscientia dantis attenditur, qua latet oculos accepturi? Ita secundum eorum sententiam sit factus illa spiritualis incerta, dum contra Scripturas Sanctas, qua dicunt: Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine (Psal. 117.) & Maledictus omnis, qui spernem suam ponit in homine (Jere. 17.) spernem baptizandorum auferunt à Domino Deo, & in homine ponendam esse persuadent.

Nec satisfacit quod aliqui heretici respondent, solos publicos infideles vel malos in invalidē Sacraenta administrare: nam eadem est ratio de publico & privato, si malitia per se nocet; & sapientia qui coram hominibus malus est, coram Deo bonus est. Cur ergo ille cum bona conscientia non validē ministraret? Et cur qui bonus habetur, & interim reverā malus est, non ministraret invalidē?

Accedit, quod Sacraenta habeant valorem ex meritis Christi, & ex opere operato. Cur ergo malitia applicantis officaret? Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus 1. Cor. 3. v. 7. Qui etiam in omni Sacramentorum collatione est principaliter operans, teste D. Aug. tract. 6. in Joan. ante medium, ibi: Quid ergo per columbam didicit, ne mendax posse inventretur, quod avertat à nobis Deus operari, nisi quamdam proprietatem in Christo talem futuram, ut quamvis multi ministri baptizaturi essent, sive iuguli, sive manus, non tribueretur sanctitas Baptismi nisi illi, super quæ descendit columba, de quo dicitur est. Hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto, Petrus baptizet; Hic est, qui baptizat. T 2 Paulus

26.
Non sat, si
faciunt ha-
retici di-
centes solo
publicos in-
fideles vel
malos in va-
lida Sacra-
menta ad-
ministrare.

27.
Malitia ap-
plicantis
non officia-
tum cum Sacra-
menta ha-
beant suum
valorem ex
meritis
Christi.
1. Corimb. 3. 7
S. Aug. 18

Paulus baptizet; Hic est, qui baptizat. *Iudas baptizet*; Hic est, qui baptizat. *Vt sicut illa determinatio sua* (inquit Scotus supra n. 4.) *quā tribuit signo esse certum signum*, *est ab ipso immediate omnino & primo*; ita & *assentia consequens illam determinationem ad cooperandum sit immediate ab ipso*, id est, ex determinatione voluntatis suæ, præcedente omnem conditionem ministri.

Omnino quippe iniustum est (ait idem Doctor n. 5.) *alterum pro iniquitate alterius puniri*, quando ille alter nullo modo communicat iniquitati illius, ita ut possit sibi imputari; sed ille baptizandus disponit se ad gratiam quantum potest: si ergo malitia ministri impedit, ille puniretur propter culpam alienam, nullo modo sibi imputandam. Appositè D. Chrysostomus Homiliæ 85, in Joannem sub finem: *Sacerdos & lingua & manus præbat: neque enim iustum est propter aliis malitiam ad salutem nostra symbola fide accedentes, offendit.*

28. *Non est contra honorem Dei & Sacramentorum, quod validè administrantur à malis & infidelibus ministris*, ut per hoc Dei bonitas magis elucet, qui malis bene utitur; & *Sacramentorum efficacia*, quam habent à principali autore, magis commendetur.

Audi verba Christi Matth. 7. v. 22. & 23. *Muli dicunt mihi in illa die: Domine, Domine, nomine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia eieimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Et tunc confitebor illis: *Quia nunquam novi vos; d'scedit a me, qui operamini iniquitatem.* Et indignum putabimus Deo & Sacramentis ab ipso institutis, si ea causaverint gratiam sanctificantem collata à malis ministris? Circumcisio Samaritanorum hominum infideliūm (juxta August. lib. 2. contra Crefc. c. 31.) valebat: & non magis existimabimus Baptismum valere, qui applicat merita Christi jam exhibita, cum circumcisio solum applicaret exhibenda? Haec tamen conclusio nem probavimus, nunc respondeamus objectionibus in contrarium.

29. *Objectioni* 3. *Cypriani*, scilicet: *Quod quis non habet, non potest dare*; *infideles & peccatores non habent Spiritum Sanctum* sive *gratiam sanctificantem*; ergo non possunt eam dare.

Confirmatur primò ex illo Eccli. 34. ex Eccl. v. 4. Ab immundo quid mundabitur? Secundò ex eodem cap. v. 30. *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio illius?* Tertiò Psalm. 140. v. 5. dicitur: *Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum.* Quartò Deus Malaχiæ 2. versu 2. minatur malis

Sacerdotibus, dicens: *Maledicam benedictionis vestris.* Denique Matth. 7. v. 18. Matth. 7. ipsa veritas Christus attestatur: *Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.*

Respondeo ad rationem Sancti Cypriani cum Scoto supra n. 6. in fine: *Baptizans non dat gratiam, sed Sacramentum, & illud habet in virtute, quia habet Ordinem.*

Etenim *consentimus* (inquit D. Augustinus lib. 5. de Baptismo, c. 22.) *Cypriano, haereticos remissionem dare non posse*; *Baptisma autem dare posse*; *quod quidem illis & dantibus & malâ fide accipientibus valeat ad perniciem tantum tanto munere Dei male utentibus: sicut etiam maligni & invidi, quos & in ius esse refutatur, remissionem peccatorum dare non possunt*, cum eos Baptismum posse dare omnes fateamur. *Siquidem* (ut idem S. Doctor ibidem cap. 21. ait) *Sacramentum gratia dat Deus per malos*; *ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum vel per Santos suos*; *& ideo remissionem peccatorum vel per se ipsum facit vel per illius columba membra, quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittentur.*

Remissionem ergo peccatorum non clant mali sive intus sive foris, sed applicant instrumenta, quibus infallibiliter assistit Spiritus Sanctus, qui per se ipsum abluit conscientiam. Sic quippe medicus infirmus per sua pharmaca potest mederi.

Et quamvis per unam partem corporis humani non possit vita derivari ad alteram, nisi illa pars derivans prius vivat eadem viata: attamen non est sic (ait Scoto supra) in corpore mystico, quod est Ecclesia; quia non est in eis una vita numero: nec oportet, quod illud membrum, quod ministerialiter dat vitam alteri, sit propinquum principio vita in participando vitam, sed tantum in gradu ministrandi. Porro in toto corpore humano vita una est omnium partium, & participatur ab eis ordine quodam, quia primò in corde, secundo in alijs, secundum quod propinquus se habens ad illud principium vite.

Accedit virtutem cordis humani esse finitam, Dei autem infinitam, qua etiam per mortuos potest vivificare. Figuram habes Joan. 6. ubi Christus per lutum cæcum illuminavit, quod aptius est ad excandum; & Elizeus 2. Reg. 13. mortuus suscitavit alium.

Ad primam confirmationem dico, Scripturam debere intelligi de immundo quâ tali. Unde subdit: *Et à mendace quid verum dicetur?* scilicet ut mendax est; alioquin diabolus, qui mendax est & pater mendacij, coactus dixit verum: *Scio qui sis, sanctus Dei Mar. 1. v. 25.* Et quid verat immundum per aquas mundas alium mundare? Ad

33.
Responso
ad secundam.

Ad secundam confirmationem Respondeo per Baptismum intelligi legalem, non autem Baptismum Christi; & illud à mortuo non significat habitudinem causæ, sed ad terminum à quo. Unde vulgata lectio habet: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit Lavatio eius?*

Ceteroquin, retentâ illâ lectione Donatistarum, attendite quid dicat D. Aug. lib. 2. contra Cresconiem cap. 27. Mortuos (inquit) intelligamus, sicut dixi, in quorum nomine Baptizantur idolorum cultores, ut ab illo quemque intelligas baptizatum, in cuius nomine se credo esse mundatum. Ita enim & illius nullus excipitur; nullus quippe mortuus Deus paganorum mundare potest credentes in se. Si autem hoc loco omnem hominem peccatorem intellexerem mortuum, tanta, qua non vis, te sequentur, ut ipse quemadmodum vivas invenire non posis, dicente Ioanne: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: ita ut omnino non invenias hominem, à quo baptizetur, si omnem peccatorem devitare volueris. Quamquam si propterea mortuum non intelligeres nisi hereticum vel schismaticum, ut quisquis apud eos baptizatur à mortuo, quid ei prodest lavatio eius: quod vides tam precipiti presumptione sic accipiatur, ac si dictum sit, qui baptizatur ab heretico vel schismatico, nec sic contra nos esset, qui fatemur nihil prodebet homini Baptismum Christi, si apud hereticos vel schismaticos baptizetur, eis ipsis tribuens Baptismum, quo baptizatur, sed tunc ei prodest incipere cum traxit ad Corpus Christi, quod est Ecclesia Dei vivi. Tunc enim sub eodem Baptismo, quod & foris Christi erat, sed foris postea nihil proderat mundato, proderit ab eo (scilicet Christo) cuius membris inseritus est. Quasi diceret; qui ab impijs baptizatur, non à mortuo, sed à Christo habet, quod Baptismus ei prodest.

34.
Responso
ad tertiam
ex D. Au-
gustino.

Ad tertiam confirmationem Respondeo ex eodem Aug. eodem loco: Fuge (inquit) frater ab insano intellectu ad sanum, ut in hoc testimonia oleo peccatoris, sicut superiora eiusdem psalmi verba prescribunt (utique haec: Corripet me iustus in misericordia & increpat me blandam lenititudinem & fallaciam adulatris intelligas. Ita enim & nullus erit exceptus, & non impinge in angustias infuperabiles malis baptizator occultus. Igitur Sacramentum non est clavis peccatoris, quod in psalmo ponitur, sed est clavis Dei, non enim eorum meritum à quibus ministratur, nec eorum, quibus ministratur, constat Sacramentum; sed propriâ sanctitate atque veritate propter eum, à quo inflatum est, male uteribus ad perniciem, bene uteribus ad salutem. Ita Aug. de Baptismo lib. 4. contra Cresc. cap. 16.

Ad quartam confirmationem patet ex Ad quartâ, contextu, benedictiones ibi significare abundantiam temporalium; immediate quippe præcedit: *Mittam in vos egestatem.*

35.
Ad ultimam

confirmationem dico; Sacramentum non esse fructum ministri, sed Dei instituentis, quemadmodum & gratia sanctificans fructus Dei & Sacramenti, non autem ministri, ut ex dictis liquidò constat. Ceterum per arborem malam intelligit Christus hereticos & falsos Doctores, & solidum docet ex eorum doctrina non posse nasci bonos fructus, hoc est, per eam mores non posse corrigi, sed perverti; & ita eorum opera pro maxima parte esse mala, & si que bona sint, illa non provenire ex illa doctrina; sed aliunde.

Pro solutione plurimarum aliarum objectionum, quæ desumuntur ex varijs Canonibus juris, notandum est SS. Patres plenumque agere de valore Sacramentorum quod effectum gratiae, & dôcere, quod illi, qui scienter & sine justa causa Sacramenta ab hereticis suscipiunt, potius polluantur, quam sanctificantur, ut loquitor D. Amb. libro de ijs qui mysterijs initiantur cap. 4. circa medium: Eft (inquit) in aliquibus aqua mendax, non sanat Baptismus perfidorum, non mundat, sed polluit. Utique non defecit Sacramenti, sed dispositionis, quia accidunt cum peccato, scienter communi- cantes cum hereticis, maximè in rebus sacris.

Ad primum (inquit Doctor subtilis supra) *secundus* dico, quod aut hereticus baptizat parvulum in forma & intentione Ecclesie, & nihil obstat parvulus, nec quantum ad salutem, nec quantum ad effectum. Aut baptizat adultum, & adhuc confert sibi Sacramentum & effectum eius, si in adulto non est aliquis malus motus, puta assensus in heresim baptizantis, vel intentio ut fiat discipulus eius: & de tali intelligenda est auctoritas Ambrosii.

Si vero aliquando agant de nullitate Sacramentorum quod substantiam, vel agunt de ijs hereticis, qui materiam & formam mutabant, aut significant hoc esse timendum; ubi est erronea doctrina, ut sè experientia docet, etiam in nostri temporis hereticis.

Notandum tertium canonum decreti non esse majoris auctoritatis, quam conditorum eorum. Sæpe etiam Ordinationem aliquam dici irritam à jure Canonico; quia ordinatus suspenditur ab usu, executione Ordinis validè suscepit, vel certè quia Ordinatio est illicita.

Ex his facile est respondere ad ea, quæ in particulari ab aliquibus obiectantur. Sunt autem obiectantur.

Notandum secundum,

tertium cano-
nes decreti
non esse
majoris au-
toritatis,
quam con-
ditorum eorum

Responsio
ad ea quæ in
particulari
ab aliquibus
obiectantur.

Canon. 46. autem : Primo Canon 46. Apostolorum : Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem Baptisma damnari precipimus. Respondeo, qui admittim hæreticos ad baptizandum; pro ratione enim subiicitur: *Quia enim conventio Christi ad Belial aut qua pars fidelium cum infidelibus* 2. Cor. 6. v. 15.

modo ergo potuit Anastasius de eo revocando tractare, qui jam obierat?

Obijcitur quarto cap. 10. ejusdem dist. 19. quod sic se habet : *Propter totius disciplinacionis eius doctrinam, qua Constantinopolis orta est, statutum est, ne Maximus fuisse aut esse iam putetur Episcopus - neque hi, qui ab*

38. Objicxit secundò Canon. 67. ibi: *Qui enim à talibus (haereticis) baptizati aut ordinati sunt, hic nec fideles, nec clerici esse possunt.*
Respondeo ab ijs, qui non utuntur debitâ formâ. Dicunt h̄c aliqui non esse validum argumentum ex Canonibus Apostolorum, quia ab haereticis quidam appositi & magna controversia de eorum origine & numero.

39. Tertiò, Dist. 19. cap. 19. dicitur Anastasius Pontifex natus divino percutitus, quia voluit occulere revocare Acacium hæreticum, ibi: *Et quia voluit occulere revocare Acacium, & non potuit, natus divino percutitus est.* Adde: *Et quia approbavit Sacra menta ab ipso collata, ut patet ex cap. præcedenti;* ibi: *Secundum Ecclesiæ Catholice consuetudinem sacratissimum serenitatis tua petitus agnoscat,* quod nullum de his, quos baptizavit Acacius, vel quos Sacerdotes sive Levitas secundum Canones ordinavit, ulla ex nomine Acaci portio Lefor nis attingat, quo forsitan per iniquum tradita Sacramenti gratia minus firma videatur. Ita Anastasius II. ad Anastasium Augustum Epist. 1. cap. 7. & 8.

Quod ibidem probat 6. rationibus quas ita perstringo verbis Glossae. Prima est, quia in Sacramentis virtus Christi operatur, qua omninem maculam repellit. Secunda est de radijs solis, qui eti transeant per loca fætida, tamen non coinquinant. Tertia est de Iuda, qui licet malus suisset, multa tamen fecit, quæ fata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui præcepit verba Scribarum & Phariseorum servanda & impienda. Quinta ratio est, quod omne bonum à quocumque fiat, fit à Deo. Sexta denique est, quia in Sacramentis non est attendum qualis vel quis conferat, sed quid conferat; quia incrementum solus Deus præbet.

Historia de Anastasio Pontifice divino nato percluso confusa est à schismatibus Laurentianis.

Ecce compendium eorum, qua latius hanc conclusione deduximus. Non est autem verisimile Pontificem propter illam sententiam, qua est veritas Catholica, à Deo punitum fuisse. Quarè communiter reiecitur illa historia ut figmentum à Schismatibus Laurentianis ad vitam Anastasiū additum. Quod vel indefatis ostenditur; quia Acacius obiit tempore Felicis III. cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, ut restatur Nicetophorus lib. 16. cap. 12. & alij. Quo-

ritum non habent corporis Christi, sacrificium babere non posunt, ad sui & aliorum scienter cum ipsis communicantium utilitatem.

Et ideo Joannis 20. antequam Christus daret potestatem Apostolis remittendi peccata, præmisit dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata &c. non quia gratia Spiritus Sancti erat necessaria ad valorem Sacramentū, nam docet Concil. Trident. sess. 14. cap. 6. etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiriti Sancti

Nicephorus. Sanctus.

**Historia de
Anastasio
Pontifice
divino nutu
percusso
conficta est
à schismati
cis Lauren
tianis.**

Nicephorus.

*Sancti in ordinatione collatam tanquam Christi
ministros functionem remittendi peccata exercere;
sed ne indigne ministrarent.*

43. Sic igitur Sacraenta soli Ecclesiae data
sunt, quia sola vera Ecclesia recte illis uti-
tur. Attamen multa contra jura dantur
intus & foris, nec tamen idea vel nulla vel
non data dicuntur: quin immo *omnia Sa-
craenta cum obsine indigne tractantibus, pro-
funt tamen per eos dignè sumentibus*, inquit

D. Aug. lib. 2. contra Epist. Parmenian.
Declaratur doctrina va-
rijs compa-
rationibus
2 D. Aug.
no.

cap. 10. Qui totam hanc doctrinam tract.
8. in Joanne declarat similitudine aquæ
transuentis per lapideum canalem, in quo
estu non fructificet, eo quod lapidus sit,
tamen prodest arcolis ad quas transit. Lib. 3.
contra Cresconium cap. 8. comparat ma-
lum ministru[m] agricola, cuius malitia non
obest fructibus ab agro ferendis. Et lib.
3. de Baptismo contra Donatistas cap. 10.
assimilat gratiam Sacraenta lumini solis
super locum immundum. Atque hic sit
finis hujus controversie, quam fortassis
pleniùs discussissimus ac festinus quispam
lector desideret. Propero ad alia magis in-
tricata, inter qua[rum] primo loco occurrit in-
tentio ministri.

44. Est autem intentio actus liber voluntatis
ad aliquid agendum, distinguuntque ab
attentione, quæ est actus intellectus con-
siderantis ea, quæ homo agit. Porro intentionem
ministri esse necessariam ad valorem
Sacraentorum negant hæretici nostri
temporis. Lutherus lib. de Captivitate
Babylonica cap. de Baptismo sic ait: *Non
dubitum si quis in nomine Domini suscipiat,
etiam si impius minister non der in nomine Do-
mini, vere baptizatum esse in nomine Domini;*
*non enim in conferenti tantum, sed etiam in
suscipientis fide vel ipsi sita est virtus Baptismi.*
Et art. 12. inter damnatos à Leone X. si
Sacerdos (inquit) non servit, sed iocet absolvat, si
tamen credit se esse absolutum, verisimile est ab-
solutus.

Cui confor-
mar Calvinus.
His consonat Calvinus in Antidoto
Concil. Trident. sess. 7. can. 11. ubi sic ait:
*Quod enim de consecrandi intentione garrium, à
sophistic nullâ ratione probabile fuit proditum.*
Et infra: *Ego vero facio sanctam institutionem
Christi tantum affero; ut si Episcopus quispiam
intus totam actionem subannans, mihi canam
hanc Christi mandato, & secundum regulam ab
eo datum, ritu[m] legitimo administraret, non du-
bitem panem & calicem illius manu porrectum,
vera mihi esse Corpus & Sanguinis Christi pi-
gnora. Contra hos hæreticos & eorum al-
fæclas tenenda est ut fide certa*

CONCLUSIO III.

Ad valorem Sacraentorum
requiritur in ministro in-
tentio saltem faciendo quod
facit Ecclesia.

Es definita in Concil. Florent. in de-
creto Unionis ab Eugenio IV. post
ultimam sess. sub hac forma verborum:
*Hac omnia Sacraenta tribus perficiuntur, videlicet
rebus tanquam materia, verbis tanquam for-
mâ, & persona ministri conferentis Sacraentum
cum intentione faciendo quod facit Ecclesia: quoniam
si aliquid desit non perficitur Sacraentum. Et
in Concilio Trident. sess. 7. can. 11. qui*
*taliter est: Si quis dixerit, in ministris dum Sa-
craenta conficiunt non requiri intentionem, sal-
tem faciendo quod facit Ecclesia, anathema sit.*
Idem docet sess. 14. c. 6. ibi: *Atque ideo non
debet penitens a deo sibi de fide ipsius fide blan-
diri, ut, etiam si nulla illi adgit contritus, ut Sa-
cerdoti anima serio agendi & verè absolvendi de-
sit, pater tamen se propter suam solam fidem
verè & coram Deo esse obsoletum.*

Ratio à priori est voluntas Christi, qui
voluit administrationem Sacraentorum
esse actionem humanam, ad quam necessaria
est intentio. Ita docet Scotus 4. dist.
6. q. 5. ubi n. 2. duplice infinuat intentionem
ministri, ibi: *Dico ergo distinguendo
de intentione quantum ad obiectum, respectu cu-
mum dicitur intentio, quæ minister potest dici in-
tendere vel actum illum quem exercet, vel finem
propter quem talis actus est exercendus. Et ad-
dit: Secundo magis propriè accipitur intentio,
quia magis resicit finem propter quem inten-
ditur.*

Hoc prænotato n. 3. Responder ad quæ-
stionem his verbis: *Dico ergo, quæ oportet
ministrum habere intentionem primo modo, sci-
licet respectu actus, quem exerceat: Cuius (in-
quit) ratio est; quia intentio requiritur in quo-
cumque homine agente aliquid non fortuit, vel
exercente aliquem actum humanum, proprie lo-
quendo de actibus humanis, qui scilicet causantur
per intellectum & voluntatem ab homine. Ille
autem actus, quem minister debet exercere, de-
bet esse humanus in eo, & non casualis vel for-
tuitus: et enim actus, ad quem Deus obligavit
ministrum ex parte sui & suscipientem ex parte
sua, actus autem ad quem homo obligatur debet
esse humanus, non casualis vel fortuitus, quia su-
per fortuita non cadit obligatio: ipsa etiam obliga-
tio est, ut homo intendat illud ad quod obligatur.*

45.

Ita

Ita Doctor de intentione primo modo, quam nemo Catholicorum facilè negaverit, imò neque hæreticorum; quippe stat cum joco & irrisione Sacramenti etiam exterior. Progrediamur ad intentionem secundo modo, in qua reperiemus majorem contradictionem & difficultatem.

Finis, propter quem actus est exercendus, sit duplex: *Principalis* (inquit) & *remotus*, utpote quod baptizatus (loquitur de Baptismo) fiat filius regni, qualis fieri non potest, si non habeat gratiam, per quam est dignus rūa. Alius est proximus & minus *principalis*, ut scilicet baptizatus fiat Christianus, sive membrum Ecclesie militantis; & utrumque finem potest aliquis intendere in universal vel particulari. Quod recentiores sic explicant, ut alia sit intentio gratiae sive effectus Sacramenti, alia ipsius Sacramenti.

Si ergo queratur à me, quæ intentione requiritur? Respondeo verbis Doctoris Subtilis supra n. 4. & Dico, quod intentionis finis ultimi nullo modo requiritur in baptizante; quia paganus nullo modo intendit ordinare ictum, quem baptizat ad vitam eternam: requiritur tamen intentionis finis proximi; & hoc vel in particulari, vel in generali: in particulari, ut si intendat ictum intrare legem Christianorum servandam: in generali, si intendat facere circa ictum, quod Christiani solent facere circa suos.

Pergit Doctor: Ratio autem quare requiritur ista intentionis respectu finis proximi, & non respectu finis ultimi, est congrua: quia scilicet Deus volunt ictum actum exercitum à ministro esse humanum in eo, & non tantum ut est talis actus in natura (quia in hoc non distinguuntur à quacumque alia balneatione, cum alijs verbis) sed in quantum est actus alicuius ut ministri exercens signum Dei: habens autem aliquem actum humanum intendit finem illius actus, ut est sibi actus humanus: ergo minister intendit finem proximum ictus actus, ut est sibi impositus: sed finis ille ultimus, scilicet ordinare ictum ad vitam eternam, non est finis huius, ut est actus humanus, ad quem finem oporteat actum ictum ordinare ut sit sibi humanus.

Probat à simili n. 5. Si quis (inquit) legislator institueret in sua politia, tactum manus esse signum practicam amicitie, non intendeter quod utentes illo signo precise haberent tactum humanum circa ictud in quantum est tale quid materialiter; sed in quantum est tale signum institutum. Et si dispositus esset omne tale signum facere servari; non sacerdot servari, nisi homo exerceret tactum ictum, ubi est institutus ad tales finem. Ex his liquidò constat, quid sit, iuxta mentem Doctoris Subtilis, velle facere quod facit Ecclesia. Pro quo sit

CONCLUSIO IV.

Intentio faciendi quod facit

Ecclesia, non est voluntas solum faciendi serio actum illum externum, sed est intentio efficiendi verum Sacramentum, sive utendi verbis illis & rebus secundum institutionem Christi, hoc est, eo modo, quo Ecclesia sive universalis, sive particularis, aut etiam parochus, aut alia persona validè conficiens Sacramentum, illis utitur.

49a
Conclusio
est communis

Et communis contra nonnullos Doctores Catholicos, qui videntur docere ad valorem Sacramenti sufficere voluntatem faciendi simpliciter actum externum quem facit Ecclesia, esti cum animo mere intendo non conficiendi Sacramentum.

Hanc opinionem post Concil. Florent. & Trident. novissime defendit multis pro ea adductis argumentis Joannes Marius Scribonius Gallus in Pantolitha seu Summa Theologie disp. I. de Sacramentis in genere q. 7. non autem q. 6. (quam citat Card. Lugo disp. 8. n. 14.) quippe ibi impugnat sententiam hæreticorum, & solvit argumenta Alfonsi Salmeronis in Societate Jesu, quibus lib. 1. disputationum in Epistolas Pauli 1. parte disp. 2. probat privatam intentionem ministri, qui aut nihil credit eorum quæ facit, aut derisorie facit, aut contraria habet intentionem non conferendi Sacramenta aut eorum effectus, etiamsi Sacramentum in forma Ecclesie confuta administret, quibus (inquam) probat hanc intentionem non vitiare Sacramentum.

Notat quoque Dicastillo disp. 3. n. 46. Lugonem immerito taxare Scribonium, quod jam abolitam & sepultam sententiam conatus fuerit excitare; nam video (inquit) non antiquos tantum, sed recentiores etiam in illam inclinare, illamque ut probabilem & piam, aut etiam veram, sequi. Citat autem Sylvestrum, Cauha-

Ratio con-
gruentia il-
lius ex Sco-
to.

48.

Dian. Catharinum, Angelum, Alensem, Durandum, Gabrielem, Valentiam, Michaëlem Zanardum, & alios apud Dianam 3. parte tract. 4. refol. 17. Et quod caput est (verba sunt Dicast.) S. Thom, non semel aut uno in loco, sed iterum ac tertio id vel asserit, vel probable putat.

*sed minis-
tēs.* Sed reverā hic Auctōr vel sibi ipsi non constat, vel non intellexit sententiam Scribonij (& quid mirum, cūm fateatur se illum nunquam legisse?) nam nūl, 53. affirmat plorosque alios Auctōres & ipsum D. Thom, non eis contrarios communis doctrinæ assertores; neque enim docent perfici Sacramentum, sed Deum misericordiā suā supplicere defēctum Sacramenti, non faciendo ut Sacramentum sit validum; sed conferendo ex misericordia gratiam, non characterem. Scribonius autem quid? docet (ut appareat) non solum conferri ex misericordia gratiam, sed etiam vi Sacramenti imprimi characterem, sive Sacramentum simpliciter esse validum; salvā tamen (ut loquitur) Sancte Matris Ecclesiae auctoritate & determinatione, quam & sequi (inquit) usque ad mortem, & sequendam penitus doceō tanquam columnam veritatis.

*51.
Probatio
Conclusio
dis ex au-
toritate
Ecclesie.* Porro illa auctoritate & determinatio- ne præcipue nititur nostra conclusio: quippe non efficacius probatur, quām ex definitionibus Conciliorum præcedenti conclus. citatis, ex quibus colligimus hanc fuisse divinam voluntatem, quā est ratio à priori. Certum enim est, si Deus voluisset, intentio solius actus externi sufficeret. Nunc autem Ecclesia definens contra hereticos requiri ad valorem Sacra- menti animum serio & non joco agendi, fatis significat ultra actionem externam le- riō exercitam, necessariam esse intentionem internam efficiendi Sacramentum.

*Non nega-
rant heretici
actionem
externam,
etiam fe-
tiam.* Enimvero heretici non negarunt actionem externam, etiam fetiam (ut patet ex Calvinio supra citato) sed censebant confici verum Sacramentum à ministro, intus (ut loquitur Calvinus) totam actionem subsan- nante. Quamquām non dubitem, quā etiam admiserint validum ministerium cum irrisione externa. Et in hoc ultimo dumtaxat Catharinus, Scribonius & alij viden- tur ab ipsis differre. Quid enim refert, quod fiat animo interno irridēti, si non requi- ritur animus conficiendi?

Respondes cum Scribonio supra q. 7. in principio: Cūm homo sit agens libe- rum, nisi intentionem haberet Sacra- mentum conficiendi & conferendi, nunquām ad hoc opus procederet, præsertim cūm

nullo metu percusus, nullā pollicitatione illectus, sed sponte voluntate hoc opus conficiendum aggrediatur: in omni siquidem actu humano sive libero est intentio agentis, cūm omne agens voluntarium agat ex proposito & intentione.

*52.
Reponit
ad primum
fundamen-
tum Scribo-
nij, quod
omne agens
volunta-
rium agat
ex propo-
sito & inten-
tione.* En primū ruinosum fundamentum, super quo hic Auctōr ædificat domum, levissimo vento subvertendam. Quid enim facilis & clarus, quām actum externum, v. g. ablutionem & prolationem verbo- rum, ex sola Christi institutione habere rationem Sacramenti? Sicuri ergo ante institutionem Sacramenti poterat quispiam velle ablueret & proferre verba absque intentione Sacramenti; ita & post institutio- nem liberum unicuique est ablueret & proferre verba, sine vel cum animo conficiendi verum Sacramentum. Interrogo siquidem: si paganus aliquis, qui nihil unquam audivit de Sacramento Baptismi, proferret formam & ablueret infantem, num ideo intentionem haberet Sacramentum confi- ciendi & conferendi?

*53.
Dices: In facie Ecclesie verē infans
ministro Sacramentorum fuit oblatus cum
debita parentum intentione ut illi Baptis-
ma conferret, & minister habeat intentionem
faciendi quod facit Ecclesia, quia de
facto facit; & conseqüenter verē censeatur
baptizare; quia Ecclesia non judicat de oc-
cultis. Ita Scribonius.*

Respondeo: non facit de facto quod facit Ecclesia; nam Ecclesia baptizat cum animo conferendi Sacramentum, ipse autem cum voluntate naturaliter ablueret & proferret ista verba, v. g. ad pecuniam accipiendam, vel alium finem indifferen- tem. Aut si velit hic Auctōr cum actu ex- terno in facie Ecclesie necessariō esse con- junctam voluntatem conferendi Sacra- mentum, jam nihil docet diversum à com- muni sententia, ut patet. Nihilominus fa- tis faciamus alijs ipsius argumentis.

*54.
Responso
ad funda-
mentum se-
cundum,
quod Mini-
ster gerat
vices Eccle-
sie, que ve-
rē judicat
eum esse
baptizatum;* Argumentatur itaque secundō: Mi- nister vices gerit Ecclesia; sed Ecclesia verē judicat eum esse baptizatum; ergo mini- ster per intentionem internam ipsi Eccle- sia non conformem (qua illa præter in- tentionem non conficiendi Sacra- mentum?) si habeat externam illi conformem, & faciat quod ipsa facit, Sacramentum ir- ritare non potest; præsertim cūm virtus ejus extra actionem externam sese non exten- dat. Sed rursus petitur principium; jam jam enim negavi ipsum facere quod facit Ecclesia. Et sanè ubi aut quando Eccle- sia judicavit eum verē esse baptizatum, quem minister baptizavit in facie Ecclesie absque

absque animo conficiendi Sacramentum? Quidam in foro externo habetur pro baptizato; sed quia de defectu intentionis internae non constat.

Enimvero Ecclesia nonne judicat Matrimonium publicè contractum esse validum, quamdui non constat de defectu consensus interni? Quis dixerit propter ete validum in foro interno? Certè universa schola Theologica clamat contrarium. Etiam illi, qui docent ad alios contractus sufficere consensum externum, ad Matrimonium requirunt consensum inter-

*Cet. Tua nos,
de Sponfati.*

num. Et habetur cap. *Tua nos* de Sponsatis, ibi: *Nos autem quid iuris sit, rescribentes: dicimus, quod si res ita se habuerit, videlicet quod illa eam non proposuit ducre in uxorem, nec unquam consenserit in predictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cum in ea nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inventur: quoniam ex altera parte dolor sollemmodo affuit, & defectus omnino consensus (scilicet internus) sine quo catena nequeunt sedis perficere coniugale.*

55.
*Non pendet
valor Sacra-
menti à ju-
dicio exter-
no Ecclesie,
quando il-
lud judi-
cium inniti-
tur falsa
präsump-
tioni.*

Scriboni.

*Minister
Sacra-
mentorum
potius est mi-
nister Christi,
quam Ecclesia.*

56.

Lugo.

judicio externo Ecclesiae, quando illud iudicium innitur falsa præsumptioni: presumit autem Ecclesia ministrum publicè administrantem Sacra menta habere legitimam potestatem & intentionem, atque uti debitâ materia & formâ. Hinc tamen non sequitur, quin Sacramentum in foro interno possit esse invalidum ex defectu potestatis, materiae aut formæ; addo ego, & intentionis internæ. Quamvis enim intentione illa non sit pars intrinsecè componens Sacramentum, tamen (ut bene advertit Scotorus supra n. 9.) *Sicut causa efficiens requiri-
ritur necessario ad ipsum, tanquam causa ex-
trinsicæ; ita illud quod est quasi principium agen-
di tali causa effectiva.* Principium autem ultimum determinans agens intellectuale ad agendum est intentio; quia tale agens per imperium voluntatis est causa activa motiva aliarum potentiarum, *qua subiacent impetu voluntatis.*

His accedit ministrum Sacramentorum potius esse ministrum Christi, qui agnoscit defectum intentionis, & judicat in abolutione ab excommunicatione, quæ datur à Sacerdote nomine Ecclesiae. Ita Card. supra n. 53. Cùm (inquit) sequatur conditiones condonationum & contractuum.

Et si respondeas cum Scribonio in so-

lutione tertiae objectionis: si judex proprius proferat exterius sententiam abolutionis, reum esse verè absolutum, quantumcumque interius aliud intendat, dummodò exterius illam fictionem non prodat. Hæc responsio (ait Lugo supra n. 18.) est in primis contra Theologos omnes, qui nullum actum legitimum validum judicant, quando si absque interno consensu.

Sed fallitur Emin. nam contractus omnes, etiam gratuitos, valere solo consensu debito, sentit Basilius Pontius de Matrimonio lib. 2. cap. 4. secutus Turrianum disp. 55. dub. 12. Eandem opinionem defendit Dicastillo de Justitia & Jure tract. 3. disp. 1. dub. 19. num. 457. & frequentibus. Item tract. 4. dub. 4. & in opero de Sacramentis tract. 11. de Matrimonio disp. 1. dub. 4. & 7. cum fundamento, an fine fundamento in re, alibi examinabimus.

Redeo ad secundum argumentum Scribonii, & quod in illo addit; virtutem ministri extra actionem externam sese non extenderet, falsum ostendo vel in hoc unicó, quod laicus possit exercere eandem propterea actionem externam, quam Sacerdos; & tandem non conficit Sacramentum, v. g. Eucharistia; ergo virtus Sacerdotis extendit sese ad valorem, sive ad esse Sacramenti illius actus externi, quod est aliquis effectus moralis, imò & physicus in Sacramento Eucharistia, scilicet Corpus & Sanguis Christi, que si non physicè, saltem moraliter mediata ponit præsentia sub speciebus panis & vini; & idem posset dici de gratia & charætere in alijs Sacramentis. Deinde sufficit, quod Deus physicè non causet effectum Sacramentalem, nisi positis signis cum tali intentione interna.

Quà responsive facile satagit reliquis argumentis istius Auctoris; omnia enim, præter ultimum, supponunt Sacra menta à Christo instituta, non pendere ab intentione interna, vel certè intentionem ministri contraria non posse impedire causam principalem, qui est Deus, vel sufficere intentionem faciendi opus externum prout fit ab Ecclesia, quæ omnia aut sunt, aut involunt, vel certè supponunt id, de quo disputamus, & ad summum probant Christum potuisse sic instituere Sacra menta, quod non negamus; sed dicimus ex Conciliis citatis factis constare, ea ipsa de facto instituta esse dependenter ab intentione interna.

Si petas, ubi Christus requisiverit istam intentionem (quod est ultimum argumentum Scribonij) solum quippe dixit: *Ite, doceatis omnes gentes baptizantes eos &c.* Et alibi:

Euntes

*Non restat
aut Lugo.
Theologos
omnes oculi
lum actum
legitimum
validum
dicare, quod
est ab
cœlesti
interno.
Basilius
Pontius
Turrianus
Dicastillo*

*57.
Virtus mi-
nistri ex-
tendit se
tra actio-
nem esti-*

Sect. 7. De Ministro Sacrament. Concl. 4. 155

Euntes in mundum universum, predicate Euangelium omni creatura. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvis erit; ubi nullam prorsus facit mentionem intima illius intentionis, quam nos requirimus.

Respondeo, etiam non facere mentionem intentionis faciendi quod facit Ecclesia, & tamen illa requiritur secundum omnes. Eo ipso ergo, quod misit Apostolos suos tanquam ministros ad baptizandum, voluit quod operarentur ut ministri, scilicet ex intentione faciendi id, quod faciunt, non suo nomine, sed mittentis, sive ex intentione faciendi id, quod is, qui eos mittit, instituit, quæ est intentio valida.

Omissis ergo alijs argumentis Scribonij, quæ non difficulter solvi possunt ex dictis & dicendis; contra conclusionem sic explicatam

Objicitur Primo: Athanasius ludens baptizavit, quem Baptismum validum declaravit Alexander Patriarcha Alexandrinus. Respondeo cum ludo posse stare intentionem faciendi actum validum, sive faciendi quod facit Ecclesia; etiam cum fictione externa, dummodo adhibetur legitima materia & forma.

Quid si enim aliquis fingeret se jocare propter periculum circumstantes? Estimmo validum fore Sacramentum (si cetera adsinet) coram Deo, licet forte ab Ecclesia judicaretur invalidum; neque enim à iudicio ipsius (ut supra dixi) pender valor Sacramenti, cum illud sèpe possit falli.

Ex quo non parum confirmatur communis sententia; quippe si Christus non instituit actum externum serium, id est, qui circumstantibus appareat Sacramentum, quo fundamento asservent talem actum sufficere? Aut si sufficit; ut quid penitentem dubius, sub conditione animo retentam, absolvit solet? aut ex pluribus hostijs conferrari una mente tantum determinata? Certe frustaneus est ejusmodi animus internum; quandoquidem Confessarius ita exteriori se gerat, ac si absolute absolveret, & consecrans quasi omnes hostias ante se positas consecraret.

Ad propositum igitur, Athanasius adhuc puer baptizavit quidem alios pueros ad ludum & recreationem, interim tamen intendit non simulat & ficti, sed verè facere, quod viderat Episcopum aut Presbyteros in Ecclesia facientes, prout natura puerorum est actiones seniorum quoad possint imitari. Cujus rei signum est, quod noluerit baptizare eos, qui jam erant baptizati, omniaque necessaria debite fuerint adhibita.

Simili modo responderi potest ad exemplum Genesij Martyris, quem aliqui assertunt validè fuisse baptizatum, eo quod primò quidem joco, & ad irrationem Catholicae fidei; postea vero, mente divinâ gratiâ in melius commutata, serio fuit peritus; & ex parte ministri cum animo irridendi simul adfuerit voluntas, Deo ita suâ omnipotentiâ cor ejus dirigente; voluntas (inquam) faciendo, quod faciunt Christiani.

Pro quo noto, dupliciter quidpiam joco fieri. Primo ita, ut quis omnino serio faciat aut facere cogitet, tandem id ipsum referat ad jocum & recreationem tanquam finem extrinsecum, sive finem agentis; & de tali joco hinc loquimur, quando afferimus eum possit stare cum serio voluntate administrandi Sacramentum, sive cum intentione faciendo, quod facit Ecclesia.

Secundo dicitur aliquid joco fieri, quando ita ficte & derisorie exercetur, ut jocus non tantum sit extrinsecus finis facti, sed ipsum factum intrinsecus sit jocus & ludus. Et si tali joco, seu representatione solum comicâ Baptismus exhibitus fuerit Genesio (ut multi putant, & probabilius apparet) dicimus eum fuisse invalidum; ideoque Genesium instar alterius Pauli, non vi Sacramenti, sed ex singulari beneficio, divinâ gratiâ preventum, per contritionem charitate perfectam fuisse justificatum, & ex fidei Christianæ irrissore factum fuisse eisdem praecomenem.

Et sanè iustificario adscribi nequit Baptismo, esto validus fuisse; quia saltē fuisse infructuosus sacrilegè suscipienti, nisi quis dicat monitione Angelii (de qua meminit historia apud Vincent Belluacensem in Speculo hist. lib. 12. cap. 104.) Genesium conversum fuisse, adeoque Baptismum recente fictione per reviviscitiam effectum suum contulisse.

Sed contra est, quod illa monitio Angelii praecelerit ipsum Baptismum; sic enim refertur: *Aqua hæc (inquit Angelus) delet omnia ista (peccata) quæ te fecisse cognoscis* (quippe in libro omnia & singula scripta legebantur) *Cum autem aqua perfusus esset, simul & liber ille perfusus, nre candidor efficiens est;* ita etiam ut signum scriptura præterita non demonstraret. Si ergo valuit Baptismus, etiam primò collatus contulit remissionem peccatorum; vel si peccata per contritionem præcedentem remissa fuerunt, contulit gratiam remissionis peccatorum, & valuit ad expiationem reatus poenæ, qui adhuc supererat.

Quidni potuit Deus illi Baptismo,

V 2

61.
Et Genesio
baptizato,

62.

Vincenti Bela
luac,

Pratum sibi
rit,

Autor. 22.

63.
Objectio se-
cunda ex D.
Augustino.

Obiectum tantum , annectere poena re-
missionem , ut illam imaginem veri Baptis-
mi honoraret ? Sic quippe legimus in Pra-
to spirituali c. 176. Judicum quemdam
moribundum in deserto à comitibus pe-
tijisse Baptismum ; cumque aqua deeset ,
arena ab illis baptizatum , & statim con-
valuisse. Porro illa remissio peccarum suf-
ficit , ut dicatur aqua delere peccata. Ita
enim Act. 22. dictum est ab Anania Paulo
jam per contritionem justificato : *Exurge
& baptizare , & ablue peccata tua ; utique
quoad peccatum temporalem.*

Objicitur secundò auctoritas D. Aug.
lib. 7. de Baptismo contra Donatistas cap.
53. (& referrunt cap. 31. de Consecratione
dist. 4.) ubi sic incipit dicere : *Soler etiam
queri , utrum approbadum sit Baptisma , quod
ab eo , qui non accepit , accipitur , si forte hoc
curiositate aliquā dūcitur quemadmodum dā-
ctum sit ; & utrum nihil interfit , quo animo ac-
cipiat ille , cui datur cum simulatione ; an sine
simulatione : si cum simulatione , utrum fallens ,
sicut in Ecclesia , vel in ea , que patatur Eccle-
sia : an iocans , sicut in nōno ? In quibus ver-
bis (ut patet) solum loquitur de simula-
tione vel fallacia accipientis.*

Equidem in sequentibus agit de fallacia,
simulatione & joco etiam conferentis , ibi :
*Quid (inquit) profit animus veracter dantis
fallaciter accipienti , non video ; sed arbitremur
etiam fallaciter aliquem dantem , cum & tra-
dens & accipiens fallaciter agant in ipsa uni-
tate Catholica , utrum hoc magis Baptisma sit
acceptandum ; an illud , quod in nōno datur.
Si quis existat fideliter , subito accipiens commo-
tus , an quantum ad ipsos quidem attinet homi-
nes , plarimum distat inter credentem in mōno ,
& irridētēm in Ecclesia , ad ipsius autem Sa-
cramenti integratēm mībil interfit . Si enim nihil
interfit ad integratēm Sacramenti in ipsa Ca-
tholica , utrum id aliqui fallaciter , an veraciter
agant ; cur extra interfit non video , quando
ille , qui accipit non simulatione palliatum , sed
religione mutatus est . An plus valent ad confir-
mandūm Sacramentū illa veraces , inter quos
agitur , quam ad fraſtrandum illi fallaces , à qui-
bus agitur , & in quibus agitur . & tamen si
postea prodatur , nemo repeat , sed ait excom-
municando punitur illa similitudo , aut panitendo
sanatur .*

64. Ecce proposita quæſtio. Sed quæ re-
ſponsio ? Nobis tutum est in ea non progredi
aliquā temeritatē ſentientia , que nullo in Catho-
lico regionali Concilio cepta , nullo plenario Con-
cilio terminata ſunt ; id autem fit cura ſecu-
vois aſſervare , quod in gubernatione Domini Dei
noſtri & Salvatoris Iesu Christi universalis Eccle-
ſia conſenſione roboratum eſt. Et continuo

attexit : Verumtamen ſi quis forte me in eo
Concilio conſtitutum , ubi talium rerum queſtio
verſaretur , non praecedentibus talibus , quorum
ſentientias ſequi malem , uigeret ut dicerem , quid
iſe ſentirem , ſi eo modo affectus eſem , quo
eram cum iſta dictarem ; nequaquam dubita-
tē habeo eos Baptismum (nota bene) qui
ubicumque (in Ecclesia vel extra eam) &
a quibuscumque (fidelibus ſive infidelibus ,
veraciter ſive fallaciter dantibus) illud ver-
bis Euangeliis conſeratum ſine ſua ſimilatio-
ne , & cum aliqua fide accepissent : quamquam
eis ad ſalutem spiritualem non prodeſſet , ſi chari-
tate caruiſſent , quā Catholice inſeruerunt Eccle-
ſia.

Ubi nihil affiſmat D. Aug. eō quōd ni-
hil illus utique definitum videret in Con-
ciliis ; ſed quid dicturus eſſet , ſi in Conci-
lio interrogaretur , & eodem modo af-
fectus eſſet quo tunc exponit ; interim tamen
nihil decernens .

Prosequitur autem : *Sicut iam praeteritis
maiorum ſtatutis , non dubito etiam illos habere
Baptismum , qui quamvis fallaciter id accipiant ,
in Ecclesia tamen accipiunt ; vel ubi putatur eſſe
Ecclesia ab eis , in quorum ſocietate id accipi-
tur Vbi autem neque ſocietas illa eſſet ita
crederent , neque ille , qui ibi acciperet , ita cre-
deret , ſed totum ludicrē & nimicē & ioculariter
agerebatur (nempe tam ex parte dantis , quam
accipientis ; hoc enim eſt totum ludicrē
agi) utrum approbadum eſſet Baptisma , qui ſic
daretur , diuinum iudicium per aliquid revelatio-
nis oraculum concordi oratione & impensis ſup-
plici devozione geminib⁹ implorandum eſſe confe-
rem , ita ſane a poſt me diuersos ſentientias , nē
quid iam exploratur & cognitum afferent , hu-
miler expectare : quanto magis ergo nunc
ſine preudiicio diligenter inquiritur vel ma-
ioris auctoritatis iſiud dixisse accipendus ſum ?*

Quid prudentius , humilius & ſecurius
hoc proceſſu in credendis ? Quis ex his non
clarissime intelligit , quid August. do-
cuſſet , ſi Ecclesia tunc temporis iſtam di-
ſicultatem determinaſſet , prout fecit poſt
modūm in Concil. Florentino & Tridentino ? Procul dubio uſque ad effusionem
ſanguinis definitionem Ecclesiae propu-
gnafſet. Profecto ſi hæretici imitati ful-
lent hanc ſummaria animi modiſtiam &
ſubmiſſionem ſub Ecclesiae judicio , non
utique tunicam inconfutabilem ſive Eccle-
ſiam Christi tam ſeſdē dilacerarent .

Card. Lugo disp. 8. n. 45. ne tanto Do-
ctori (ut ait) craſſiſſimam ignorantia la-
bem concedat , responder Aug. nomine fal-
laciter dantis vel ſuscipientis non intellexiſſe
dantem vel ſuscipientem absque intentione , ſed
absque vera fide aut exiſtimatione
requiſita

requisita de veritate Sacramenti, vel cum simulatione, fingendo se aliter sentire, quām reverā sentiat, id est, cum Catholicis simulando se Catholicum, cum hæreticis hæreticum.

Quanta benignitas in interpretanda mente D. Aug. Evidem in principio ejusdem numeri fatur Aug. in eo capite de multis dubitasse; de quibus modō propter clariorē Conciliorum lucem nobis exhibitat amplius non dubitamus.

Et verò quia locus difficultus est, addo expositionem non multūm discrepantem à præcedenti R. A. Patris F. Mathie Hauzeur Tomo 2. Anatomie in omnia & singula opera D. Aug. ubi commentans hunc locum, querit cur dubitet de nullitate

Baptismi ludicrē tantū & mimicē suscepit aut collati absque ulla fide suscipientium aut conferentium vel intentione quidam sc̄ri agendi? Et respondet: qui potest aliquid ludicrē vel mimicē geri, & tamen sine intentione contraria institutioni. Porro si cut cause naturales, quamvis joco tantū applicatae, habent tamen suos effectus naturales, nisi impedianter appositione aliquius contrarij; ita & Sacramentum Baptismi videtur habere semper aliquem effectum suę institutionis, nisi obstat obex contraria voluntatis. Hæc ille. Quæ sit autem ista contraria voluntas, non explicat. Sanè si intelligat positivam voluntatem non conficiendi Sacramentum, communis sententia Theologorum est non sufficere in ministro ad validum Sacramentum absentiam hujusmodi voluntatis, sed requiri positivam voluntatem conficiendi Sacramentum. Ubi verò illa adest, non video quomodo totus Baptismus ludicrē, mimicē & joculariter decur, nisi forte secundūm exteriorem apparentiam. Profectò cause naturales etiam cum contraria voluntate, imo & à stultis atque pueris applicatae, suum operantur effectum.

Obijicit tertio idem Sanctus Doctor Tract. 5. in Joan. ibi: Non timeo adulterum (in actu baptizandi) non ebriosum, non homicidum &c.

Respondebat Scotus supra n. 10. Ad secundum dico, quod ebriosus est, qui est affuetus ad ebrietatem: & iste non semper est ebriosus, quia non semper impeditus ab actu rationis. Verum ergo dicit Aug. Non timeo ebriosum, id est, affuetum generiter ad ebrietatem; quia consuetudo mala non prohibet, quin Baptismus ab eo collatus sit bonus, non tamen quando est ebriosus & hoc dico perfecte, quando totaliter impeditur ratio.

Quod ita debeat intelligi S. Aug. manifeste colligitur ex adjunctis: Non timeo

(inquit) adulterum, non homicidam. An in actuali peccatoꝝ minimè; neque enim tunc solent bapuzare, sed in habituali; siquidem in eo occupatur isto loco, ut probet malitia ministri non obesse valori Baptismi: Quia (inquit) columbam attendo, per quam mihi dicitur: hic est qui baptizat. Vide supra conclusion. 2.

Obijicit quartū: Christus potuit instituere Sacramenta independenter ab intentione ministri, & magis congruum est sic fecisse, nè (ut superius ostendimus ex D. Aug. & Chrysost.) ex sola malitia ministri suscipiens patiatur detrimentum. Secundū, ad evitandas continuas anxietates & scrupulos fidelium circa valorem Baptismi & aliorum Sacramentorum.

Respondeo etiam contingere posse ex malitia ministri, ut defectu materiae vel formae Sacramentum sit invalidum. Quis autem propterā dicit materiam & formam non esse necessariam, aut Deum suppleret defectum materiae vel formae? Et tamen potuisse Deus ita instituere Sacramentum, ut valeret in quacumque materia vel forma collatum, dummodo circumstantes & suscipiens bona fide crederent esse legitimam.

Quin immo facilius & sapientius accidit invaliditas Sacramenta ex defectu materiae aut formae, quām intentionis; nullus quippe minister ignorat necessitatem intentionis, in qua elicenda nulla prorsus est difficultas; adeo ut non habere esset extremæ malitia, qualis non debet ulli adscribi. Unde manet moralis certitudo, qualem habemus de multis alijs, de quibus magis rationabiliter possumus dubitare, v. g. quod simus filii talis patris, cùm facile fieri possit, & subinde fiat, quod ex levitate matris, tentatione, aliave occasione, simus filii aliorum. At verò minister & circumstantes interdum, etiam inculpabiliter, ignorare possunt essentialē materiam & formam, quæ pendunt ex mero beneplacito Dei; intentionem quasi naturaliter & per se connectitur actui externo; eo ipso enim quo minister vocatur ad Sacramenta administrationem (nisi sit omnino perversus aut dæmoni devotus) & vocatus adest, habet aliquam intentionem, confusa saltē, in actu (ut vocant) exercito, faciendo quod fideles petunt, aut quod Ecclesia facit; et si non habeat adeo reflexam & expressam faciendi quod Christus instituit, aut quod Ecclesia facit.

Et sanè cùm hæc ita sint, equidem nemo anxius est vel scrupulizat aut dubitat propter defectum materiae aut formae de valore sui Baptismi, Absolutionis aut aliorum Sacra-

68.
Objecio
quarta ex
ratione.

V 3

66.
Expositio
P. Hauzeur.

67.
Objecio
tertia ex D.
Augustino.

Responso
Scot.

Sacramentorum. Aliud est de bonitate ministri (ut ex dictis supra colligi potest) illa enim sapientia in ministris deest, sapientia de vita honestate parum sollicitis.

Neque Deus omnibus inconvenientijs debuit providere, alioquin dicamus etiam infantes in utero sola fide parentum posse justificari, imo & aliorum, quando ex malitia parentum in utero suffocantur, ne videlicet malitia parentum innocentibus noceat; vel (si placet) excipiamus omnes illos à regula generali, quam expressit Christus Joannis 3. v. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei. Quis hoc asseret abfique magna temeritate?*

69. Propter raros ergo casus non debuit Propter 1a. Deus mutare ordinarium cursum sue prout causa non debuit videntiae, aut ita instituere Sacra menta, ut Deus mutat: nunquam possint irritè conferri bona fide te ordinaria suscipienti. Aliunde vero (inquit Lugo providentia, supra n. 50.) congruum erat Sacramentalles actiones esse actiones religiosas & ceremonias sacras, quibus Deus ab hominibus coleretur; atque adeò oportebat fieri ex intentione exercendi cultum illum: cultus enim non est sola actio externa, sed requirit voluntatem internam colendi.

Sed in oppositum facit, quod externa collatio Sacramenti possit hominibus apparere ficta ac derisoria, & nihilominus esse validum Sacramentum, juxta eundem Autorum n. 20. Videtur ergo sufficere, quod actio Sacramentalis sit cultus aliquis materialis, qui accendeat debitam intentionem possit fieri cultus formalis; & talis etiam cultus esset actio externa sine intentione conficiendi Sacramentum.

Objicitur quintum: In alijs actibus huminis, puta contractibus & similibus, sufficit in nuntio vel ministro nuda executio operis; v. g. si ex praescripto Domini emat vel vendat, non requiritur particulariter ipsius intentio emendi vel vendendi, ita quod eti si contrarium intenderet, adhuc dominium rerum per actum externum transferretur.

70. Responso. Respondeo primò cum communiori sententia, tam essentialiter requiri consensum internum ministri pro Domino emensis vel vendentis, quam ipsius Domini; præterquam quod aliquando emptio & venditio valeat, eti de facto Dominus amplius non consentiat; si v. g. revocatio mandati mandatario non innoverit, de quo alibi. Aliud forte est de nuntio, qui non dicitur contrahere nomine mittentis, sed solam significat consensum & voluntatem ipsius; quæ voluntas si revera non existat,

Objec^{to}
quinta ex
ratione.

Responso.

vel potius si fuerit revocata, etiam nuntio ignorante, nihil efficitur; sicut etiam si verba nuntiantis sint indifferenter, & proferantur nomine proprio, & non Domini.

In alia sententia, quæ ad valorem contractus non requirit nisi actum externum cum consensu debito, respondeatur, saltem quilibet dominum ita posse dare potestatem ministro pro se contrahendi, ut non valeat quod actum fuerit, nisi accesserit interna intentio. Porro (ut dictum est) noluit Christus valere Sacramentum absque intentione interna ministri.

Similis est objectio, quam habet Scotus supra n. 5. *In instrumentum non oportet quod habeat actionem propriam, sed principale agens: nec multo magis oportet, quod instrumentum habeat intentionem respectu finis, sed sufficit quod dirigatur a principali agente intende[n]te finem: minister est instrumentum Dei; ergo &c.*

71. Respondet Doctor n. 6. *Quod aliud est Cui idem
loqui de causa secunda, & aliud de instrumento
proprie dicto, causa enim secunda habet formam
propriam in esse quieto, qua est sibi ratio agendi
in ordine suo, & hoc respectu eiusdem effectus,
respectu cuius agit causa principalis in suo or-
dine, ita quod universaliter secunda causa pro-
prie accepta effectum principalis cause per for-
mam suam propriam attingit, in virtute tamen
causa principalis agentis, quia subordinatur illi.
Jam autem (ut ait n. 9.) Minister est causa
secunda respectu ablutionis, non tantum ut ab-
lution est, sed ut Sacramentalis; & ideo habet
propriam intentionem, cum sit agens voluntar-
ium & non naturale, illam scilicet qua perti-
nent ad cognoscendum.*

Plura alia obiectiuntur contra hanc veri-
tatem, sed quia nullius ponderis sunt, ab illis referendis & refellendis supersedeo. Quero autem, an quemadmodum requiri-
tur intentio conficiendi Sacramentum, ita
etiam sit necessarius animus conferendi
effectum Sacramenti? Resolutio Doctoris
Subtilis est haec:

CONCLUSIO V.

Cum voluntate non confe-
rendi effectum Sacramenti
stat intentio faciendi quod
facit Ecclesia.

Dico (inquit supra n. 4.) quod intentio
finis ultimi nullo modo requiritur in bapti-
zante &c. Et n. 9. sed respectu principalis
effectus

72.
Sensus

Sect. 7. De Ministro Sacrament. Concl. 5. 159

Ratio con-
clusionis.

effectus Baptismi, scilicet gratiae, potest dici minister instrumentum respectu Dei, eo modo quo agens dispositivum dicitur instrumentum respectu persipientis in secundo modo: & tale agens non habet intentionem respectu termini principalis agentis, sed respectu sui proprii termini; & ita concedo quod non est necesse baptizantem habere intentionem respectu ultimi finis Baptismi.

Ratio est manifesta: quia effectus non spectat ad essentiam Sacramenti; ergo possum velle confidere Sacramentum nihil cogitando, vel etiam ignorando ejus effectum; per consequens non intendendo, cum intentione necessariò presupponat attentionem fine considerationem. Et sane quomodo administrans Sacramentum indigno, quod probabiliter judicat non revivificare, potest intendere effectum gratiae, quem scit Sacramentum nunquam habitum? Impossibilium certè nulla est voluntas efficax. Et quid prohibet tali casu habere voluntatem contrariam, videlicet non conferendi effectum?

73.
Non est neccesaria in intentione per actionem externam dependens, ut à meritis Christi confundendi effectum Sacramenti.

Hercule non video, quomodo generaliter verum sit, quod quidam nuper in Thebibus publicis proposuit: Necessaria est intentione per actionem externam dependenter à Christi meritis conferendi effectum Sacramenti; hoc enim intendebat confidens in cœna Christus, cuius factum nobis in exemplum est. Ut enim omittam, quod Baptismus à Judæis (qui nec Christum, nec merita ejus recipient) collatus in nomine Trinitatis sit validus juxta responsum Nicolai Papæ I. ad consulta Bulgorum cap. A quodam Iudeo de consecr. dist. 3. Quot quoque reperitur ministri Sacramentorum, qui in actuall exercitio cogitant de meritis Christi? Credo, quod vix ullus. Ergone omnia illa Sacraenta erunt invalida? Profectò valde male provisum esset saluti fidelium, si talis explicita intentione, qualem tamen absque dubio Christus confidens in cœna habuit, requiretur.

Quod si Auctor ille solùm loquatur de intentione implicita, quæ semper involvitur in explicita voluntate conficiendi Sacramentum; quandoquidem effectus ex meritis Christi quasi naturaliter consequatur independenter ab intentione ministri, ita ut in potestate ejus non sit posito Sacramento impedire ipsius effectum, optimè convenientius; nam hoc est quod assertimus & contendimus, ministrum videlicet in sua causa semper velle effectum; quod non est aliud, quam intendere ipsam causam, sive Sacramentum causativum gratiae & actu causans, quanto in subiecto adest debita dispositio.

Alioquin scire velim, an Baptismus Lutheranorum, qui non credunt per Baptismum suscipientem iustificari, sed per specialem ejus fidem, ad quam Sacramentum excitat, an (inquam) Baptismus ille valeat? Nullus haecenius dubitavit, dummodo conferatur cum debita materia & debita forma; nec puto præfatum Autorem contrarium responsurum, si interrogaretur. Et tamen quis dixerit hereticos illos explicitè intendere conferre gratiam per illud Sacramentum dependenter à meritis Christi? Jam jam enim dixi ipso non credere Sacramentum habere talem effectum.

Si respondeas, sufficere quod intendat effectum in genere, quisquis tandem ille sit. Contra: Christus in cœna confidens voluit effectum particularem, qui revera per consecrationem efficiebatur, scilicet corpus & sanguinem sub speciebus panis & vini.

Ad illud autem, quod prædictus Auctor addit: Imò non aliud est, quod intendi possit: in materia enim & forma nihil producitur quod rationem cause sanctificative in actu primo constitut, cum hoc ipsum ex parte ab intentione formaliter habeatur. Respondeo intendi posse, & deberi rationem cause sanctificative in actu primo, quæ nequidem ex parte formaliter habetur ab intentione, sed totaliter à materia & forma ut substantia institutioni Christi; nam (ut ostendi sect. 3. conclus. 1.) intentio non est formale & intrinsecum constitutivum Sacramenti, sed causa ejus efficiens.

Intendit igitur minister ponere materiam & formam non ut substantia, sive ut dependent à sua intentione, sed ut substantia institutioni Christi. Voluit quidem Christus ut materia & forma sacramentalis dependent ab intentione ministri, non tamen ut à concausa formalis, verum ut à causa extrinseca efficiente, sicuti dependent ab ipsa persona ministri.

Ex dictis infero etiam cum explicita intentione non conferendi effectum, v. g. in heretico, qui ex errore putat Sacramentum non conferre gratiam, posse stare voluntatem faciendo quod facit Ecclesia, adeoque verum Sacramentum. Error quippe ille privat, & intentio defuper fundata, non destruit absolutam intentionem faciendo quod Christus instituit; sed est veluti ex suppositione quod Christus Sacramentum non instituerit cum tali effectu, cuius contrarium si minister cognosceret, voluntatem istam non haberet.

Simili modo heretici confidunt Sacramentum,

74.

75.

76.

Cum intentione non conferenda effectum potest stare verum Sacramentum.

mentum, si absoluē intendant facere quod Christus instituit, aut vera Ecclesia facit, et si exp̄resē non intendant facere, quod facit Papa, aut quod faciunt papistæ: hac enim posterior intentio est ex suppositio-
ne sive sub conditione quod hi non servent institutionem Christi, nec faciant veram Ecclesiam.

Aliud dicendum foret, si heretici inten-
derent exp̄resē non facere quod hi faciunt, etiam si hi essent cōformes institutioni Chri-
sti aut constiterent veram Ecclesiam: tune enim posterior intentio priorem manifestē destrueret. Et eodem modo ratiocinandum est, si hereticus in priori casu nollet conferre Sacramentum, casu quo haberet talēm effe-
ctum, quem ex errore putat illud non ha-
bere. Pro quo

77.
Quanam
voluntas ē
diaboli ex
errore con-
trariis, for-
titur effe-
ctum.

Nota, quando aliquis ex errore habet duas voluntates contrarias; v. g. vult con-
secreare Eucharistiam, & non offerre Sacri-
ficiū, quia iudicat illa esse distīcta; vult con-
trahere Matrimonium, & non efficer
Sacramentum (supposito quod contractus
inter fideles inseparabiliter sit Sacra-
mentum) & idem cernitur in intentionibus
mox assignatis in hereticis; tunc (inquam)
illa voluntas fortius effectum, quā prava-
let; quamvis enim utraque videatur abso-
luta & efficax, reverā tamen una dumtaxat
talē est, illa videlicet, quā ex suo modo
tendendi explicitē vel implicite est magis
universalis, & reflexiva supra aliam.

Porro talis ordinariē censetur voluntas conficiendi Sacramentum, quando quis dicit: volo omnino confidere Sacramentum; hæc quippe videtur implicitē revocare omnes voluntates contrarias: siquidem homo ita constitutus est, ut si sciret Eucharistiam v. g. esse verum Sacrificium, adhuc vellere confidere. Si autem aliter affectus est (quod pendet à circumstantijs particularib⁹) con-
stat apud omnes Sacramentum esse invali-
dum; jam quippe pravalet posterior intentio, & implicitē vult non confidere Sacra-
mentum.

Unde si aliqui contrahant Matrimo-
nium ex errore indissolubilitatis aliis non
contracturi; neque valer in ratione con-
tractus, neque in ratione Sacramenti; valer
autem si absoluē & simpliciter contrahant,
quamquām speculativē judicent esse disso-
lubile: supponitur etenim voluntas con-
trahendi & conficiendi Sacramentum ma-
gis universalis & reflexiva supra aliam,
ad eoque revocatoria alterius.

78.
An volun-
tas univer-
salior & re-
flexiva sit
formaliter
affectus?

Quæret fortassis hic aliquis, an illa vo-
luntas universalior & reflexiva sit formaliter
ter unica, an verò duplex? Dicastillo dis. 3. n.
80.

169. existimat necessarium esse, ut volens simul cum intentione & voluntate alicuius objecti, v. g. Sacramenti, habeat aliquam aliam voluntatem revocandi voluntatem contrariam.

Probat à priori n. sequenti ex distinc-
tione objectorum & separatione unius volun-
tatis ab alia; nam voluntas, quā quis vult
ut aliquid fiat, habet pro objecto id, quod
est faciendum, seu effectiōem illius; vo-
luntas verò quā vult, ut ea voluntas prava-
leat, etiam si forte haberet prius, vel habeat
postea aliam voluntatem in contrarium, ha-
bet propriè pro objecto derogationem
alterius & stabilitatem oppositæ.

Verūm quare voluntas unico actu non
potest velle, v. g. Eucharistiam confidere
in omni eventu, omni (quantum in se est)
sublato obſtaculo prius habito vel postea
habendo, sicut ex mente eiusdem Auctoris
n. 173. potest eadem intentione velle Eu-
charistiam confidere & non sacrificare?
Certè haud scio disparitatem, cū etiam
confidere Eucharistiam & non sacrificare
sit objecta distincta, & una voluntas possit
ab alia separari. Nam voluntas quā quis
vult ut aliquid fiat, habet pro objecto id,
quod est faciendum, seu effectiōem illius;
voluntas verò, quā vult ut aliquid
non fiat, habet pro objecto id, quod non
est faciendum; sive non effectiōem illius.
Si ergo voluntas unico actu potest attinge-
re duo objecta contraria, cur non magis
duo objecta disparata?

Nec puto quod Dicast. hoc negaret; quia
solū oppugnat Lugonem, qui docet uni-
versaliorem illam & reflexiā voluntati-
onem non requiriere ullam actualē atten-
tionē ad voluntates contrarias præteritas
vel futuras, sed satis esse si voluntas ita ha-
bitualiter affecta sit, ut si intellectus pro-
poneret aliquod obſtaculum, adhuc perse-
veraret in præsenti volitione. Quod non ar-
bitror improbable, quidquid Dicastillo
contradicat.

Dices primō: Voluntas merē habitualis,
& in sola animi preparatione, nihil opera-
tur; v. g. si quis putans occidere feram occi-
dat hominem, non peccat, neque est ir-
regularis; licet occidisset si scivisset. Simili-
ter non peccat, qui ex ignorantia jejunij
comedit carnes, comesturus etiam si oppo-
sitam habuisset scientiam, &c. Ergo in præ-
senti habitualis ille affectus non potest effi-
cere ut hæc potius, quā illa volitio sit
efficax.

Respondeo negando consequentiam. Responso:
Assingo disparitatem: quia peccatum for-
male necessariō est actualis difformitas à
lege,

lege, quæ requirit voluntarium actuale. Unde non est idem: peccat, & peccasset; sic quippe fæpissimè homines deberent dici peccare; quandoquidem si tales vel tales circumstantiæ occurserint, peccasset. Porro in casu nostro habemus absolutam & actualem volitionem consecrandi v. g. Eucharistiam, & dubitatur dumtaxat de ejus efficacia.

Quemadmodum ergo dispensatio Principis (ut docetur in tractatu de Legibus) censetur inefficax, si Princeps noluisset dispensare errore detecto, ex cap. fin. de filiis Presbyterorum in 6. ibi: *Cum non sit verisimile sedem ipsam cum illo predicitum patiente defectum voluntate si hoc fuisset expressum dispensare; quidni pari ratione voluntas aliqua absoluta possit revocare contrariam ex solo habituali affectu operandi, non obstante quacumque voluntate contraria?*

Cap. fin. de
fil. Presbyt.
in 6.
81. Dices secundò: Operans dubitat quomodo fuerit affectus. Respondeo, vel tunc utramque voluntatem fuisse inefficacem; vel certè efficacia unius dijudicanda est ex communī prudentiū judicio in talibus circumstantijs.

Accipe simile: contraxit aliquis sponsalia cum errore divitiarum; si error dedit causam contractui, id est, si cognitā paupertate noluisset contrahere, liberè potest resilire à contractu sponsalitio; si autem error non dedit causam contractui, id est, si equidem contraxisset, manet sponsalia inirritabiliā. Quod si dubitet, an voluntet contrahere, vel non; dico, si quilibet prudens non contraxisset, præsumitur & hunc noluisse contrahere; ac per consequens liberum ipsi est sine alia causa resilire, quia fortissima præsumptio defumitur à communitate accidentibus.

Sententia
Lagonis,
quid preva-
let pri-
ori volun-
tas, si ultra-
que effec-
tualis.
82. Petes, quid si utraque voluntas esset æqualis? Respondet Lugo disp. 8. num. 124. prævaleret posterior: nam sicut posterius testamentum semper prævaleret priori, etiā quando fit posterius, non recordetur homo prioris à se facti; sic si heri applicasti sacram hodiernum pro Petro, & hodie immemor illius voluntatis applies pro Paulo per voluntatem æquæ absolutam & efficacem, videtur præferenda hæc posterior: quod tamen intelligendum est (inquit) cum limitatione statim apponenda.

Et quæ ista? Tunc voluntas posterior prævaleret, quando prior solum manet habitualiter, ut in exemplo applicationis sacri crastini; secus si utraque influat in actum. Pono ergo casum, quod Sacerdos

in principio missæ applicavit fructum Petro, & in actuali consecratione conscientius prioris intentionis applicat æqualiter Paulο; cuius erit fructus? Respondeat Card. nullius; sicuti si quis unā & eadem intentione vel duabus simul æqualiter velleret consecrare Eucharistiam sine Sacrificio, non fieret Sacramentum, quia voluntas simul vult ponere aliquid impossibile.

Rectè judicasti. At quis indicavit vobis hesternam applicationem non influere in hodiernum sacram, tamē solum habitualiter permaneat? Nonne eadem disp. num. 93. magis tibi probatur sententia Suarij & aliorum asserentium validè applicari Sacrificium per intentionem habitualē? Vel si non influit eo modo, quo applicatio debet influere ut habeat suum effectum; quomodo, si sola esset, influeret?

Et pono casum, quod die Luna applicaverit sacram celebrandum die Mercurij Petro, die autem Martis Paulo; cum utraque solum habitualiter existat quando celebro, quaro cuius erit fructus? Præterea, elto non influat habitualis intentio in Sacrificium, dum contraria actualis supervenit; jam non utraque voluntas erit æquæ absoluta & efficac, sed actualis efficac, habitualis inefficac.

Hinc probabilius arbitror, utramque voluntatem fore inefficacem; adeoque nec Petro, nec Paulo fructum aliquem ex hujusmodi Sacrificio obveneruntur, eodem modo ac si simul pro utroque æqualiter & totaliter fuisse oblatum.

84.
Sed proba-
bilis utram-
que foret
inefficac.
Aut, si hoc non placet, accipe Reg. 54. de Reg. juris in 6. *Qui prior est tempore, potior est iure.* Cū ergo secundū Lugonem supra num. 99. applicatio Sacrificij sit quasi donatio & dispensatio emolumenti, quemadmodum res duobus in solidum vendita vel donata debetur priori emptori vel donatario, nisi posteriori sit tradita; ita vix dubito, quin Deus iudex justus, cuius est fructum donatum tradere, priorem tempore donatarium, utpote potiorem iure, juxta regulam allegatam, præferet posteriori.

Quod si responderes, quia prior donatio fuit revocata per posteriorem. Contra: hoc queritur, an prior donatio inter vivos revocetur per posteriorem, quando procedit ex ignorantia; & facilius negatur, quam affirmatur.

Ad simile de Testamento habes respondionem sect. 3. conclus. 4. Vide ibi dicta.

85.
Quid sit in-
tentio direc-
tiva & indi-
recta.
Et hæc quidem satis prolixè de intentione in communi, quæ dividitur primò recta.

primò in directam & indirectam. Prior est, quā aliquid volumus secundūm se, à qua aliquid dicitur voluntarium directē. Posterior, quā tantum in causa; & quod ita volitus, vocatur voluntarium indirectē.

Aliqui per voluntarium directum intelligunt illud, in quo voluntas tendit per actum positivum ordinatum ad illud sive in se ipso, sive in causa: & ita ebrietas facta ex nimia potatione est voluntaria directē, & volitus nimia potationis est intentio directa ebrietatis. Voluntarium autem indirectum erit, pura interna omissionis voluntatis, & illud in quo voluntas non tendit actu ordinato ad illud neque in se neque in causa, ut omissione sacri prævisa in somno vel lusu.

Alij vocant voluntarium directum, quod in se ipso amatur mediately vel immediate, ut cùm volo ambulare & aliud assequi, tam ambulatio, quām assecutio est voluntaria directē. Indirectum, quod potuit voluntas impeditre, & non impeditivit; v. g. si quis videt alterum erratum, & non monet, error alterius est voluntarius indirectē. Deinde, si videt effectum fecuturum ex sua actione, qui tamen illi displaceat, ut homicidium ex ebrietate.

His suppositis de ratione nominis, querunt Theologi an sufficiat ad valorem Sacramenti voluntas sive intentio illius in causa? Explico: aliquis fecit, se in ebrietate vel somno proferre verba consecrationis; vult ergo, quando est sui compos, per verba postea in somno vel ebrietate prolati validè consecrare. Pro resolutione erit

minus ipsam ebrietatem) sat's constat non confici Sacramentum; quippe verba illa non procedunt ut effectus ab illa priori voluntate ebrietatis, tanquam à causa moralis sed ab ebrietate, ut à causa physica.

Accedit, quod, ut verba significant, non sufficiat veli me significare, si ea verba protulero; at requiritur quod ad hunc finem velim ea proferre, atque adeo ut velim ipsam prolationem, & hæc oriatur ex intentione significandi per verba; alioquin non loquor humano modo, cùm tamen ministerium Sacramenti debeat esse actio humana, ut ex dictis liquet.

Major difficultas est in casu conclusio-nis; siquidem tunc verba oriuntur mediately ex illa intentione priori, & non tantum sunt volita sive voluntaria in causa, sed etiam directē & formaliter secundūm se ipsa, juxta tertium modum supra relata; quemadmodum nepos directē procedit ex avo; quamvis mediately.

Confirmatur: quia qui effundit aquam in puerum, solum vult ablutionem in causa, scilicet in illa effusione; similiter si conjux v. g. projicit chartam, in qua alteri significat iuum consensum. Quidni etiam valeat Matrimonium, si velit significare consensum suum in somno & ebrietate? Propter hæc aliqui cenfent Baptismum v. g. ita collatum esse validum, sed iterandum sub conditione.

Oppositum docet conclusio, cuius ratio est: quia nec tales locutiones vel actiones sunt humanæ; licet enim ad illas non semper requiratur libertas actualis, ut patet in illo, qui distractè consecrat; necessari tamen est virtualis, id est, actualis præcedens, quæ humano modo adhuc influat in opus præsens, sive (ut loquitur Emin. Lugo diss. 8. num. 103.) licet locutiones illæ sint liberae denominativæ; non possunt tamen significare more humano mentem loquentis præsentem, id est, quid sentiat pro tunc de rebus sive presentibus, sive præteritis, sive futuris. Enimvero ebrios vel dormiens nihil de facto sentit de illis, de quibus loquitur, nequidem virtualiter; porro distractè celebrans exprimit falso mentem, quam virtualiter habet, id est, derivatam humano modo ex priori mente magis explicata.

Et icto verba possunt significare mentem merè præteritam; tamen Christus non instituit nisi verba & actiones, que exprimerent mentem præsentem; quippe instituit ea, prout sunt signa humana, & prout significant humano modo præse-tantur, & di-

86. Et communis; sed efficax ejus probatio non parum difficilis. Et quidem quando quis le non inebriat eo fine (quamquam prævideat se prolaturum verba Sacramenti, & velit etiam ea esse valida, nec

Sect. 7. De Ministro Sacrament. Concl. 6. 163

& directè ex institutione id, ad quod sunt instituta; non quatenus indirectè & à posteriori possunt arguere aliquam causam, quam haberunt; ad hanc enim significandam non sunt instituta ab hominibus voces.

Hinc qui in ebrietate aut somno emeret, venderet, voveret &c. nihil efficieret, quamvis hæc antea prævidisset, & eo fine se inebriasset; nam volitum solùm ut ponendum, quando deerit usus rationis, non est voluntarium per modum effectus humani.

Ceterum præsumendum est, ut ebris non habeat malitiam perjurii, sicut etiam secundum multos est homicidium. Disparitas affigatur; quia iustitia, cui adversatus homicidium & similia, prohibet etiam apponere causam, ex qua talia damna proximo inferruntur; neque enim minus nocet homicidium aut furtum in ebrietate vel in somno, quam cum actuali & plena libertate commissum. Religio autem, cui opponitur perjurium, vetat dumtaxat adduci Deum in testem falsi per verba formalia; illa quippe sola possunt esse vera adiutoria Dei in testem; talia porro non sunt verba dormientis vel ebriv; unde neque concordia, neque mendacia in hujusmodi hominibus existimantur.

89. Petes, unde cognoscamus differentiam supra positam inter actionem ebriv & distracti? Respondet Emin. Lugo supra num. 106. Experientia ipsa testatur nos diversitatem experiri inter recitationem v.g. cum sola intentione virtuali in vigilia, & illam, qua sit in somno. Constituit autem non tam ex parte objecti (nam in utroque casu volumius actu tenuissimo & confuso illam convenientiam, cuius consuē recordarum) sed ex parte potentie; quippe in uno casu potentia est integræ & soluta; in alio autem ligata somno vel ebrietate; ac proinde in distracto vult illud objectum tota quidem, sed non totaliter propter distractionem ad alia; in ebrivo autem solūt est semipotentia, ut sic loquar: non est jam tota anima seu anima vigilans, ut operatur, sed anima dormiens, o. enbrata & excœcata; ex qua diversitate principij refunditur diversitas in actionem, quam experimus, ratione cuius una dicitur humana, alia non; quia scilicet ad hanc non attendit homo ut homo, sed homo ligatus ex parte potentie, similisque brutis in modo operandi.

Hanc responsionem oppugnat Dicastillo disput. 3. num. 123. multis interrogacionibus, quarum postremæ sunt: Quæ pars est ista semi seu media, quæ manet? anticane vel postica? dextera vel sinistra? superna vel inferna? ubi latet altera? an una dormit, dum altera vigilat? an una sobria est, & altera ebria, ut non tota potentia operetur, sed semipotentia? Cur ergo ibi totam, & huc non totam operari dicis?

Respondet absque interrogatione: potentia ebria vel dormiens circa nullum objectum operatur humano modo, sive nullam exercet operationem humanam, sed dumtaxat operationes brutales; & ita semipotentia vocatur, id est, potentia exercens semioperationem, hoc est, imperficiam, & pro tunc proximè incapax operationis perfectioris: potentia autem distracta, quamvis daremus eam non operari humano modo circa objectum à quo distrahitur, nisi adhuc levis aliqua & remissa cognitione cum indifferentia (ut vult Dicastillo supra num. 124.) de qua sequenti conclusione, adhuc tamen operatur humano modo sibi proprio circa alia objecta, ac proinde tota operatur, hoc est, exercet operationem, ad quam tota virtus potentiae exigitur, quamquam non totaliter, id est, quamquam non exerat illam virtutem circa objectum, à quo distrahitur.

Ceterum non diffiteor, melius explicari hanc differentiam, si dicamus cum Dicastillone, ad actionem distracti concurrere aliquam cognitionem cum indifferentia; secus ad actionem ebriv vel dormientis. His non obstantibus contra conclusionem

Objicitur Primo: In recipiente Sacramentum non requiritur tanta libertas, ut patet in Baptismo & Pénitentia; ergo neque in administrante. Respondet negando consequentiam: quippe suscipiens non agit ut minister Christi, nec significat; nec oportet, quod operetur humano modo, sed quod recipiat, seu potius patiatur, quod humana actione ipsi conferatur, vel, ut melius loquar, quod in ipsum minister liberè operatur; siquidem collatio Sacramenti non est propria aliqua donatio, etiam in Sacramento Ordinis, licet Episcopus dicat: Accipe potentiam; quod bene notandum est pro aliis dicendis. Probatur manifestè: quia Ordo pueri collatus valet, cum tamen hic sit incapax acceptationis, quæ necessaria est ad validam donationem.

X 2

Ratio

90.
Oppugnata
à Dicastil-
lonè;

Sed nō
reat.

Affigantur
differencia
à Dicastilllo
ne est me-
lior.

91.
Objecio
prima ex
partito in-
ter recipien-
tium &
administra-
tem sacra-
mentum,

Ratio à priori hujus disparitatis inter ministrum & suscipientem est voluntas Christi sic instituentis; congruens vero, quia in actionibus humanis magis requiriatur intentio agentis, quam patientis; & sapiens bene vult bona dispensari amentibus, non tamen ijs vult committere dispenationem.

92.

*Cur neuter
conjugx vā-
lide contra-
hat matrī-
monium in
fomo?*

Sánchez.

Ex quo patet, quare neuter conjux validè contrahat matrimonium in somno vel ebrietate (intellige per se, nam per pro-
hat matrimonium in curatorem valet; quippe consensus ante ebrietatem virtualiter manet in consensu procuratoris, qui quasi est organum vitale; per quod conjux suum consensum mani-
festat, sed tale ut eodem modo operetur siue mandans dormiat, siue non, de quo plura proprio loco) ratio, inquam, est, quod uterque contrahens sit similis recipiens & minististrans Sacramentum; actus autem in quantum ministri necessario debet esse humanus. Ita Sanchez de Matrimonio lib. 1. disp. 8. n. 20. sicut (inquit) si aliquis sui compos audivit confes-
sionem, & factus infans absolveret, nulla esset absolutio; similiter si tunc baptizaret, quamvis antea id in animo haberet, irritus esset Baptismus.

Basilij, Pontius.

ferret, non censetur injuriam facere, nec convitari; sicut neque censetur mentiri aut fidem frangere, qui in ebrietate facit oppositum ejus quod promiserat. Ergo idem dicendum, ex mente illius Auctoris, de consecratione, quae non minus debet esse actio humana, quam contractus; & tamen ad illam ex doctrina ejusdem sufficit intentionis virtualis, & negari non potest in ebrietate manere virtualem intentionem. Hæc concilia benigne lector, & eris mihi magnus Apollo.

96. Obiectio secunda quod actio facta in somno non possit esse culpabilis. **Dionysius.** Objetetur secundò: Actio facta in somno non potest esse culpabilis, adeoque voluntaria & humana; ergo etiam Sacramentalis. Respondeo cum Sanchez supra: bonum ex integra causa, malum autem ex singulari defectu, teste D. Dionysio cap. 4. de Divinis nominibus. Cum igitur Sacramenta sint quoddam bonum, exigunt plenam libertatem; at peccatum cum malum sit, satis est quod sit volutum in sua causa, sive (quod in idem recidit) ad malitiam sufficit voluntarium interpretativum. Unde illud peccatum non est liberum ut humana actio, sed ut effectus physicus, quem, quia homo prævidit, potuit & debuit vitare. Sic in veteri lege domino imputabatur in culpm, si ejus bos aliquem læsisset, & tamen actio illa bovis propter ea non erat humana.

Ut ergo imputetur omissione aliqua vel actus fecutus in ebrietate in culpm, hoc est, ut denominetur culpa voluntate præterita, in qua tota malitia formaliter resideret, facta est quoquo modo fusse volutum sive in se, sive in sua causa; formaliter, sive interpretative seu virtualiter, ut quidam loquantur. At (inquit Sanch. supra) cum homo non tenetur vitare sponsalia & matrimonium (eadem est ratio de alijs actionibus Sacramentalibus) non censetur voluntas virtualis circa illa.

97. Sed contra opponit Pontius supra n. 13. Ut effectus fecutus ex aliqua causa positiua dicatur mihi voluntarius, non est necessarium ut præcepto teneat, sed satis est, si ego libere adhibui causam ex qua sequeretur, ut satis constat, licet ut sit peccatum, requiratur ea præcepti obligatio. Hæc ille & alij plures in tract. de Voluntario, quamvis contrarium sit magis commune, de quo nolumus hinc disputare; quidquid enim dicatur, certum est effectum fecutum non liberè, in somno v. g. vel ebrietate, non esse voluntarium formaliter sive per actum presentem, sed ad summum moraliter sive interpretative; quod voluntarium minimè sufficit ad actionem humanam, id est, proximè liberam, qualiter ex dictis oportet

esse actionem Sacramentalem.

Et ratio ulterior disparatis est, quod tota malitia, v. g. homicidij, reperiatur in actu interiori, ita ut ille, qui voluntariè ponit causam, puta ebrietatem, æqualiter coram Deo peccet sive sequatur homicidium, sive per accidens impediatur. Porro actio Sacramentalis essentialiter est signum sensibile seu externum; ita quod ratio Sacramenti principaliter & formaliter consistat in actu exteriori. Sicut ergo voluntas occidendi proximè debet esse libera, & sine hac libertate homicidium nullo modo est peccatum formale; ita è converso actio externa Sacramenti proximè oportet sit libera: nec sufficit libera voluntas ministrandi; quia non illa, sed ipsum ministerium est Sacramentum.

Omitto, quod probabiliter docet Valquez 1. 2. disp. 94. n. 9. opus illud vel omissionem factam in somni non informati malitia morali, ut idem peccatum morale cum voluntate constitutus, sicut informatus actus exterior, quamdiu sub potestate voluntatis perseverat; ac proinde opus illud vel omissionem in somno vel ebrietate solùm esse effectum peccati. Hæc ille. Et credam ego voluntatem Sacramenti omnino præteritam constitutere seu componere cum opere facto in somno vel ebrietate actionem Sacramentalem humanam seu proximè liberam?

Ex dictis colligitur Sacramentum fore validum, si minister sit compos mentis quando verba profert, quamvis statim antequam audientur fiat amens; tota quippe illa actio prout à ministro, sive humana. Forma quoque Sacramenti non sunt verba auditæ, sed prolatæ. Addit Dicastillo disp. 3. n. 125. & sequentibus, valere Baptismum, quando liberè aqua est effusa, licet antequam aqua corpus tangat, effundens dormiat, vel etiam amplius non vivat; quia jam moraliter ablutio posita fuit à tali ministro: siquidem supposita effusione naturaliter resultat, sine concurso efficientis qui si viveret, nihil amplius præstaret, quam quod vivus præstitit.

Sicuti quando quis in odium fidei precipitatur ex turri, censetur vere martyr, etiam dum præcipitans moritur ante præcipitatum, esto in martyrio requiratur aliquis inferens mortem in odium fidei, quemadmodum in Sacramento Baptismi requiritur aliquis baptizans. Ratio autem alia dari nequit, quam quod mors in sua causa ante mortem Tyranni posita fuerit. Ita ille Auctor, salvo tamen semper (ut adjungit) meliori iudicio, præfertim Sanctæ Matris

98. Dilparitas iner actio- nem culpa- bilem & Sa- cramentalem,

Ecclesiæ. Sed casus non sunt morales, ut
indigent ulteriori examine.

100. Scotus, Examinanda potius venit secunda di-
visio intentionis, in actualem videlicet, vir-
tualem & habitualem, quam Doctor Sub-
tilis 4. dist. 6. q. 6. n. 2. sic explicat: Ille
Cinquit dicitur actualiter intendere, qui habet
actum elicitem respectu eius quod intendit: ille
autem dicitur habitualiter intendere, qui habet
habitum inclinante ipsum ad idem actum.

Subjungit intentionem virtualem his
verbis: Si aliquis intendit in principio Missæ
celebrare Missam, si postea est distractus, non
habet actualem intentionem quando est distractus.
Pater: quia non intelligi tunc illud in actu, ergo
nec vult illud in actu; nec habet tantum in-
tentionem habitualem, qua talem habet dormiens;
habet ergo se medio modo. Et hanc eius disposi-
tionem, dico intentionem virtualem, quia scilicet
virtute aliquid intentionis prius habita actuali-
ter, facit omnia que facit ex illa tanquam ex
radice; ita quod illa intentione habitualis sit prin-
cipium ordinatum ad omnes istos actus, & ha-
bet in se virtualiter intentionem propriam culti-
vitatem actuum, sicut intentio finis habet in
se virtualiter intentionem propriam cuiuscunq[ue]
ordinata ad finem: & pro tanto manente inten-
zione cuiuscunq[ue] ad finem ordinata, manet ista
intentione habitualis prima virtualiter in omnibus
istis. Ita Scotus.

101. Quid sit in-
tentio
actualis, ha-
bitualis &
virtualis.

Scotus.

Igitur ex mente ipsius, intentione actuale-
ris est, quæ ego actu intendo v. g. bapti-
zare, quando profero verba & effundó
aquam. Habitualis, intentionis merè præterita
non retractata. Virtualis, quæ manet in vir-
tute & influit in opus. Exemplum hujus
sit: Intendens (inquit doctor supra) ire ad
Sanctum Iacobum, ex intentione huius finis or-
dinat multa alia necessaria ad illum finem; exca-
quens autem illa ordinata, non semper cogitat
de S. Iacobo, nec de reverentia eius. Dico tamen
quod semper meretur, quia vel habet intentionem
eorum quæ sunt ad finem illum, cuius est illa
prima intentio, vel habet actus aliquos sequentes
ex illis intentionibus, licet cum illis actibus con-
currant aliqui actus distractentes & ab intentione
illa prima, & ab intentionibus propriis eorum,
que sunt ad illum finem.

Hæc est communis explicatio earum in-
tentionum. Controvertitur autem, an quælibet sufficiat ad valorem Sacramenti? Res-
pondeo & dico:

CONCLUSIO VII.

Sola habitualis intentionis non
sufficit ad validam admissi-

nistrationem Sacramenti,
quod consistit in usu.

102. Ratio con-
clusionis ex
Scoto, Ta expressè docet Scotus supra n. 3. ubi
sic ait: Ad propositum dico, quod sola intentionis
habitualis non sufficit in Baptismate. Rationem
adjungit: Quia propter illam non dicitur actus
eius, licet sit conformis illi habitui, id est, vo-
luntati præteritæ, actus humanus. Nam si ali-
quis habeat habitum inclinante ad desiderium
sanctitatis, si curatur nullo modo intendens san-
ctitatem, sed ad ludum, non dicitur consequi sancti-
tatem per aliquem actum humanum, sed casualiter
vel fortuito, non magis quam si non habuisset
intentionem ad sanctitatem: ergo sola intentionis
habitualis non sufficit respectu finis actus humani,
ut humanus est.

Atque hæc est hodie in omnibus scholis
recepta sententia, illa utique ratione; quia
Sacramentum debet conferri ex intentione
faciendo quod facit Ecclesia; ergo intentionis
debet proximè vel temore esse causa Sacra-
menti. Porro præterita voluntas in nullo
suo effectu permanens nequit ulla tenus influere in Sacramentum; adeoque Sacra-
mentum non confertur ex vi illius intentionis.

Objici solet; quia ad applicandum fru-
ctum Sacrificij sufficit intentionis habitualis;

103. Objectio,

ergo etiam ad valorem Sacramenti.

Vsq. disp. 138. cap. 6. n. 74 negat Valgues antecedens. Etenim Sacerdos non alia po-
testate applicat & alia offert, sed eo ipso
quo potestatem habet offerendi, habet
etiam applicandi; siquidem alteri applicare
valorem Sacrificij, est ei per Sacrificium
prodefit; hoc autem facit Sacerdos eo ipso,
quod pro illo offert: atqui præterita illa
voluntas, puta quam heri habui, non est
sufficiens ut Sacrificium hodiernum pro illo
offerri dicatur; ergo neque ut valor ei ap-
placetur. Minor probatur: quia Sacrificium
non minus est actus humanus, quam Sacra-
mentum; quippe secundum rem idem sunt:
ergo sicut Sacramentum necessariò pendet
ex ministri præsenti actuali voluntate vel
virtuali, ita etiam oblatio Sacrificij.

104. Responsum
Suzet. Suarez disp. 13. lect. 3. conclus. 2. quem
alij communiter sequuntur, admisso ante-
cedente, negat consequentiam. Et hoc vi-
detur magis conforme menti fidelium, qui
putant se sat's validè applicare fructum Sa-
crificij si præcedenti die apparet, licet
postea non recordentur, dum tamen volun-
tatem illum non retractent. Do rationem Differentia
inter intentio-
nem ap-
plicandi &
sacrificandi
differentiae: qui intentionis efficiendi Sacri-
ficium aut Sacramentum, est intentionis factiva
operationum realium, quæ fiunt in Sacri-
ficio

ficio autem Sacramento; v. g. intentio proferendi verba consecrationis, vel in alijs Sacramentis abluendi, ungendi &c. que actiones reales non possunt fieri nisi ex intentione physicè existente aut in se, aut in aliquo effectu ex illa derivato. Intentio vero applicandi valorem Sacrificij non est factiva alicujus actionis realis, quæ debet ex ipsa intentione procedere; sed tantum est applicativa valoris: ad hoc autem sufficit quod voluntas præcesserit, & non sit revocata.

Unde (ut bene notat Suarez supra) voluntas habitualis conficiendi Sacramentum non comparatur voluntati quasi de praesenti absolute, & ex tunc applicantis fructum Sacrificij crastinæ die offerendi; sed voluntati quasi de futuro, ita ut nunc tantum sit propositum applicandi postea Sacrificium tali persona. Quemadmodum ergo haec voluntas non sufficit, si postea tantum maneat in habitu, & non accedat alia voluntas quæ offeratur & applicetur Sacrificium tali persona; ita etiam non sufficit sola habitualis voluntas ad Sacramentum.

Lugo supra n. 99. aliam assignat rationem disparatis: quia applicatio Sacrificij est quasi donatio & dispensatio emolumenit, atque ideo sequitur naturam donationum & dispensationum, ad quarum valorem in humanis suffici voluntas habitualis. At vero Sacramentum est actio sacra, quæ dum sit, debet fieri ex intentione saltem implicita operandi nomine Christi; atque ideo debet procedere ex tali intentione, ut sit actio humana. Hac ille.

Porro ad valorem donationum inter homines sufficere voluntatem habitualem, probatur ex donatione facta sub conditione; hæc quippe impletæ sine novo consensu donatio est valida. Cur ergo similiter applicatio seu quasi donatio (siquidem non esse propriæ donationem constat, quia non requiritur acceptatio donatoris) fructus Sacrificij nunc facta sub conditione crastinæ sacrificationis; hæc impletæ sine novo consensu coram Deo non habebitur rata? Nam & Deus & Ecclesia ratum habent Matrimonium sub conditione contractum eis quod quod impletur conditio, non expectatio novo consensu contrahentium, dummodo prior consensus non fuerit revocatus.

Quod autem sacerdos sit quasi dominus fructus Sacrificij, aut melius applicationis fructus, vel inde profectæ liquet; quia in ordinatione sua accipit potestatem offerendi Sacrificium Deo, Missalque celebrandi tam pro vivis, quam pro defunctis; ergo jus habet ex concessione veri Domini, Christi

scilicet instituentis hoc Sacramentum & Sacrificium, pro libitu suo disponendi de fructu Sacrificij, huic vel illi eum applicando; quod magis propriæ est habere dominium ipsius applicationis, quam fructus qui applicatur; sicut dispensator dicitur habere dominium sive jus ad bona distribuenda, manente tamen dominio eorum penes dominum.

Sed contra: dispensator non potest dispensare bona quæ non habet; ergo neque ^{106.} Sacerdos fructum Sacrificij nisi in actuali sacrificatione, cum tunc solùm illum habeat.

Respondeo distinguendo antecedens: quæ non habet nec in re nec in spe, concedo; quæ non habet in re, sed in certa spe, nego antecedens: sic quippe dominus agri vendit hodie fructus illius post annum speciosos; ergo similiter hodie potest Sacerdos dispensare fructus Sacrificij crastini infallibiliter obvienturos.

Vel alter: qui dominus agri non ita vendit fructus proventuros, quam bene ipsam spem fructuum, quæ de facto existit; aliter (inquam) respondeo: non potest dispensare bona pro tempore quo non habet, concedo; pro tempore quo habiturus est, nego antecedens. Sacerdos autem non applicat efficaciter fructus pro nunc, sed nunc validè, efficaciter solùm pro tempore Sacrificij futuri: idque ut minister Christi in actu primo, quando applicat validè; in actu vero secundo, quando efficaciter, id est, quando voluntas præterita fortuitus suum effectum, in actuali nempe sacrificatione.

Lugo supra n. 95. existimat Sacerdos non solùm esse ministrum Christi dum actu sacrificat, sed etiam quando extra altare applicat fructum Sacrificij futuri; dedit enim ei potestatem applicandi & dispensandi fructum Sacrificij, ut rem propriam (melius dixisset, ut rem alienam; nam, ut mox audivimus, dispensator non est dominus rerum, quas dispensat) cui voluerit; & hæc potestate uti poterit, etiam extra actionem sacrificandi. Sed hoc est quod queritur, ut notat Dicastillo disp. n. 135. & quod à Vasquesio supra negatur.

Addit Emin. n. 96. licet voluntas illa haberetur quando minister adhuc Sacerdos non est, posse postea non retractare habere effectum, v. g. si cras consecrandus Presbyter, hodie dicat: Ex nunc applico Sacrificium crastinum pro meo patre; habebit cras effectum, si non retractetur. Sicut si Petrus antequam sit dominus libri, dicat:

Vole

At Sacerdos sit minister Christi, etiam extra altare applicans fructum Sacrificij futuri.

105.
Alia ratio
disparatis
ex Lugone.

An sufficiat
ad valorem
donationis
voluntas ha-
bitualis.

An sacerdos
sit dominus
vel quasi
dominus
fructus Sa-
crificij.

Volo ut, si liber ille fiat meus, sit post unum annum Ioannis. Si cras eligar in Prelatum, ex nunc pro tali die concedo tibi licentiam. Si cras accipiam a Pontifice facultatem designandi centum imagines cum certis indulgentiis, hodie communico tibi viginti, quas cras poteris designare.

In his omnibus exemplis efficacia quidem voluntatis sive effectus procedit a potestate vel dominio; sed non propter ea ipsa actualis & valida voluntas, cum existat antequam potestas vel dominium habeatur. Ergo similiter efficacia voluntatis Sacerdotis aut non Sacerdotis antecedenter applicantis fructum Sacrificij procedet a potestate a Christo accepta, licet non ipsa voluntas validè applicans. Et hoc est quod dixi superius, Sacerdotem agere ut ministerum Christi in actu secundo quando efficaciter applicat fructum.

110. Ex quo facile solvitur fundamentum Vsq. supra relatum: enimvero nil aliud probat, quam Sacerdotem non prodesse alicui efficaciter, nisi in ipsa & per ipsam sacrificeationem, quae essentialiter est oblationis non reflexa, sicuti est illa voluntas hodierna, quâ volo & peto a Deo ut Sacrificium seu oblatio crastina huic vel illi prospicit, sed directa, sive actio, quae fit Sacrificium.

Restat unica objectio, quae videtur habere non modicam difficultatem: nam ex dictis (suppositâ eorum veritate) videtur sequi, hodie validè contrahi Matrimonium cum impedimento dirimento sub conditione: *Si Pontifex dispensaverit.* Quae quidem controversia non est propria hujus loci; quia tamen Em. Lugo & Dicastillo hic eam tractant, paucis libet nostram opinionem apponere, longiorum tractatum in proprium locum referando.

Respondeat itaque Em. n. 93. ad objectionem propositam negando sequelam: quia (inquit) in hoc cau voluntas hodierna non solum non est efficax, sed neque est valida in ratione voluntatis propter incapacitatem subjecti, quod jura reddit incapax ad habendam illam voluntatem; atque adeò perinde existimat, ac si hodie nullam prorsus haberet voluntatem, cùd quod positivè jura irritam & nullam eam redunt.

Hac responsio minimè placet Dicastilloni. Unde n. 139. sic incipit arguere: Imprimis falso distinguunt non efficacem & non validam; nihil enim aliud est in re praesenti non esse efficacem, quam non esse validam voluntatem; illa enim dicitur non valida, que non valet efficere & causare effe-

cum, quem vult causare: atqui hoc ipsum est eam voluntatem esse inefficacem.

Sed videtur sui oblitus, forte ex affectu contradicendi sententiae Lugonis; nam n. 136. approbat exempla Card. statim à nobis allata tanquam vera, in quibus tamen, ut ad oculum patet, Em. accipi voluntatem efficacem pro illa, quae de facto efficit & fortitur effectum; consequenter inefficacem pro ea, quae de facto non causat, quam validam vocat, si nata est efficere pro tempore, in quod referunt ejus effectus; invalidam vero si pro nulla reputetur, hoc est, si nec iam, nec unquam posita possit habere aliquem effectum. Cur ergo infimulat Em. falsa distinctionis?

Præterea (inquit Dicastillo) hoc ipsius five distinctum, sive non distinctum, reperitur in hoc calu nostro, & in exemplis à Lugone allatis. Sicut enim habens impedimentum Matrimonij non est capax conferendi jus corporis sui ad generationem, & admittendi jus in corpus alterius interim dum durat impedimentum; ita Petrus non est capax conferendi librum Joanni, interim dum non est dominus libri.

Ecce rursus hallucinatur, non attendens unam incapacitatem oriri ex jure naturali, quod dicit neminem posse donare quod suum non est; adeoque non irritat voluntatem absolutè & simpliciter, sed solum pro tempore, quo res est alterius: alteram autem ex jure positivo, quod, ut Lugo supponit (quamvis falso) reddit consensum contrahentium, etiam sub conditione dispensationis, absolutè & simpliciter nullum, ac si nunquam fuisset.

Explico: jus naturale ad contractum Matrimonij requirit consensum utriusque conjugis; hodie unus consensit: petro, an ille consensus sit validus antequam accedit consensus alterius? Nemo dubitat. Interrogo iterum, an etiam sit efficax? Si per efficacem intelligis, qui pro nunc causat contractum, omnes negant: si vero ad efficacem sufficiat, quod natus sit causare obligationem matrimoniale cùm advenerit consensus alterius partis, indubie est efficax.

Pergamus: jus positivum annullat Matrimonium inter consanguineos; consentiunt absolutè: inquiero, an consensu sint validi, ita quod accidente dispensatione Pontificis sine novo consensu utriusque partis Matrimonium sit perfectum? Quis audeat asserere? Et tamen pro tunc persona sunt capaces. Ergo fieri potest, quod per jus positivum ita annullet aliquam voluntas, ut nec pro praesenti, nec pro futuro possit

Responsio
ad funda-
mentum
Valquez.

108.
Objectio.

Responsio
Lugonis.

109.
Quae non
placet Di-
castilloni;

Dicastillo. possit habere aliquem effectum; ut etiam
Dicastillo num. 142. admittit in casu Ma-
trimonij ante legitimam ætatem contracti,
de quo statim.

111. Præmitto hanc objectionem: Neque
donatio rei aliena valida est, si non ex-
presse referatur ad tempus, in quo erit
mea; ergo (ut vult Dicastillo) eadem est
ratio donationis libri, qui pro nunc non
est meus, & contractus Matrimonij cum
impedimento, etiam jure tantum huma-
no dirimere; quippe si consanguinei
referant suum conensem ad tempus ha-
bile, sublati scilicet impedimenti, etiam
tunc Matrimonium sine novo consensu
perficietur.

Respondeo negando antecedens: cùm
enim donatio sit voluntas dominium rei
in alterum pro perpetuo transferendi, as-
sero (salvo meliori) donatarium sine
novo consensu donantis posse rem reti-
nere, et si sciat tempore donationis non
fuisse donantis, dummodò constet ad
eum pertinuisse tempore intermedio, &
interea voluntatem non fuisse revoca-
tam.

Ducor ratione supra assignatā: quia jus
naturale non declarat talem voluntatem
nullam & invalidam; sed dumtaxat ostendit
non posse habere effectum, sive esse in-
efficacem pro tempore, quo res manet
sub alterius dominio. At verò jus positivum
declarat Matrimonium absolutè &
simpliciter contractum inter consanguineos,
declarat (inquam) irritum & nullum
veluti si nunquam ullus consensus ex-
stitisset.

Simili modo jus naturale declarat irritum
Matrimonium inter cognatos in quo-
cuunque gradu linea recta; cognatio quippe
illa immutabilis est; dominium autem
rerum facillime transfertur ab uno in al-
terum.

112. Et dato quodd̄ esset paritas inter dona-
tionem libri & Matrimonium contractum
cum impedimento consanguinitatis, saltem
est disparitas juxta Dicastillonem inter
donationem libri & Matrimonium con-
tractum ante legitimam ætatem, quo tem-
pore (inquit num. 142.) adegit impedimentum
pro tunc dirimens seu annullans
Matrimonium, etiam repiciendo tempus
postea habile; quia illa voluntas imperfec-
ta, quantumvis perseveret, fuit ab initio
invalida, tanquam procedens à principio
incapaci ex parte sua. Quæ doctrina secundum illum Auctorem locum habet in
omnibus casibus in quibus inefficacitas &
invaliditas provenit ex parte principiū vo-

lentis seu habentis eum actum voluntatis;
secus quando oritur ex parte rei volitæ per
illum actum.

Unde si Petrus sit minorenus, quan-
do voluit, ut liber, qui ad dominium il-
lius veniret, post annum obveniret Joani-
ni; etiamsi tempore, quo Joannes habi-
tur erat liberum, iam Petrus esset ma-
jorenus, non valebit illa cesso vel do-
natio ex vi prioris voluntatis. Eodem
modo si Superior vel Praelatus futurus non
haberet ætatem, aut aliquid aliud ex parte
sua requisitum, ut ea voluntas ex nunc
pro tunc eliciatur validè, semper erit in-
valida, quantumvis perseveret, & nun-
quam convalesceret: non secus atque in
exemplo testamenti, in quo si impeditus
facere testamentum sit incapax incapacita-
te se tenente ex parte ipsiusmet per-
sona, sive propter defectum plena deliberationis,
sive emancipationis &c. vo-
luntas ipsius non convalesceret, etiamsi po-
stea veniat ad ætatem plena deliberatio-
nis, aut assequatur emancipationem; at-
que hoc, quantumvis in hoc & prece-
dentiibus, quando elicit actum, se referat
ad tempus habile, propter rationem dictam.
Ita Dicastillo; verè an falso; judicent pru-
dentes.

Velle ego scire, quarè non eman-
cipatio potius se teneat ex parte perso-
nae non emancipatae, quam consanguini-
tas ex parte persona consanguinea: &
per consequens, cur minus valeat Matri-
monium impuberum sub conditione: si
Pontifex dispenset, quam Matrimonium cum
consanguinea.

Dico ergo (salvo meliori) vel omne
Matrimonium inter inhabiles, sub con-
ditione: si Pontifex dispensaverit (suppo-
sito quod aliquando dispenseat, & adi-
julta causa dispensandi) valet, vel nullum.
Quæ autem pars eligenda sit, an validi-
tas, an invaliditas, videbimus proprio
loco ubi de Matrimonio conditionato.
Certum mihi est jus positivum potuisse ir-
ritare omnem talem consensem; quod verò
fecerit, nullibi in jure lego.

Quidquid sit de hac controversia, pro-
babilius existimo cum Suario, aliam esse
rationem Sacrificij, aliam Sacramenti, &
ad applicationem Sacrificij sufficere inten-
tionem habitualem, minimè verò ad valo-
rem Sacramenti. Sed nunquid requiritur in-
tentio actualis? Responso erit

1134

*Vel omne
Matrimo-
nium inter
inhabiles,
sub condi-
tione: si
Pontifex dis-
pensaverit,
valet, vel
nullum.*

Y C O N

CONCLUSIO VIII.

Ad valorem Sacramenti non
requiritur intentio actualis,
sed sufficit virtualis.

174.

Ante probationem advero, non ita
controverti inter Doctores de ve-
ritate hujus conclusionis, quām bene de-
ratione quidditativa intentionis virtua-
lis, aliquibus exigentibus tenuissimum
ac confusum actum intellectus & volun-
tatis, qui vix percipiatur (sicut in ex-
pedito cytharēdo) quo volumus reci-
tare verba vel operari: alijs afferentibus
continuari actionem sacramentalem cum
foliis actibus imaginatīvā & appetitus ma-
terialis.

Scotus. Conclusionem docet Scotus 4. dist. 6.

quæst. 6. num. 3. ibi: Nec requiritur in ba-
ptizante semper intentio actualis. Probat:
qua non obligavit Deus hominem ad impossibile
vel nimis difficile, cuiusmodi est non distrahi:
S. August. quia secundum D. August. 3. de lib. arbit. cap.
ultimo: Non est in potestate nostra, quin visis
tangamus, nec etiam plus obligavit ministerium
in illa acta, quām in execundo actus aliorum
Sacramentorum. In confiendo autem Eucha-
ristiam, qua est excellentissimum Sacramentum,
non obligavit hominem ad non distrahi, quoniam
prius intendens celebrare, licet in proferendo
verba sacramentalia distractus sit, vere tamen
conficit.

Probatio Conclusio- nis ex judi- cito totius Ecclesie. Atque hoc est judicium totius Eccle-
siae; ex quo optimè post Scripturam collige-
tur voluntas institutus, qua estratio
à priori. Siquidem (ut ait Aug. Epist.
118.) Illa qua non scripta, sed tradita custo-
dimus; qua quidem rōto terrarum orbe servan-
tur, dantur intelligi ab ipsis Apostolis, vel plena-
ris Concilij, quorum in Ecclesia est fabulerim
auctoritas, commendata atque statuta retinere.

Ex his concludo (inquit Doctor Subtilis
supra) quod sufficit in baptizante intentio vir-
tualis, quam sic notificat: hoc est, quod al-
iquando habuerit intentionem actualē, ex qua
descendit nunc vere actus baptizandi; sive in isto
actū habeat intentionem actualē vel aliquam
ex ea descendētem, sive non. Intelligo autem,
quod descendit iste actus absque omni motu vo-
luntatis contraria interveniente. Igitur ex
mente Scotti destruitur virtualis intentio
per voluntatem contrariam, vel etiam per
nimis longam interruptionem sive tempo-
ris moram, qua æquivaleret retractationi au-
tante per hujusmodi statum hominis, qui

non compatitur actionem humanam, puta
sōnum, ebrietatem, amentiam &c.

Neque enim per motum contrarium volun-
tatis intelligit Doctor solam expressam re-
vocationem prioris voluntatis (quippe cum
illa neque permanet intentio habitualis)
sed omnem motum incompossibilem cum
isto actu, tam habitualē, quām actualē.

Colligo ex simili quod subiungit: Sicut scimus,
(inquit) si induens se ad missam, intendens ce-
lebrare secundum usum Romana Ecclesie, & ex
isto procedat continuē, forte secundum aliquem
habitum derelictum in phantasgia, cum magna
distractione, vere facit ea, qua necessaria sunt ad
istum actum sacramentalem, qui est conficer.

Constat autem Sacerdotem interrum-
pere suam intentionem per somnum, ita ut
amplius non maneat virtualiter, est hoc
faceret ut melius posset celebrare, quia v.g.
jam non est bene dispositus. Ratio est: quia
celebratio subsequens non descendit ex in-
tentione illa actuali per actum aliquem hu-
manum; quamquam sit moraliter impossibile,
ut homo sanx̄ mentis & alicuius con-
scientie absque intentione actuali aut vir-
tuali sacras vestes induat, ad altare accedat,
& alia ad Sacrificium pertinentia peragat.

Sed contra: Per somnum non inter-
ruptitur exterior actio hominis quā-
rentis suum inimicum, ut eum occidat:
ipsum enim quiescere (inquit Arraga disp.
43. de Vitiis n. 28.) judicatur deserire ut
melius possit deinde exerci intentum, id
est, quārere hostem. Similiter (ut ibidem
docet hic Auctor) Sacerdos non interrum-
pit suam volitionem celebrandi, est in via
non nihil detineatur interrogando obvium
amicum, quomodo valeat, & quid novi
audiat.

Incipio ab ultimo, & respondeo: con-
fabulatio de rebus impertinentibus tam
protracta posset esse, ut etiam intentionem
interrumperet; alioquin quod modicum est
in moralibus, pro nihilo reputatur.

Contra: Modicus somnus interrupit.
Respondeo: forte non. Deinde per som-
num (ut dixi) homo constitutus in statu,
in quo nequit proximè elicere actum hu-
manum.

Unde dico ad primum, probabilis vi-
deri per ordinarium somnum moraliter dis-
continuari actiones ordinatas ad eandem
v. g. occisionem, ita ut jam sint plura nu-
mero peccata specialiter in confessione ex-
plicanda, quæ, somno non intercedente,
unicum dumtaxat constituerent.

Respondeo II. negando consequentiam:
plus enim videretur requiri ad intentionem
virtualē necessariam pro valore Sacra-
menti

Intentio virtualis destruitur per nimiam interrupcio- nem, qua æquivaleret retractatio- ni.

menti, quam ad intentionem requisitam ad moralem continuationem plurium actuum externorum ad eundem finem tendentium; hæc siquidem continuatio pendet à morali hominum iudicio; plures autem docti judicant somnum ad eundem finem conducentem non interruere moraliter catervas concusas ejusdem effectus.

Porro ad Sacramentum requiritur talis intentione ex institutione Christi, qua sufficiat ad operandum humano modo; ergo ad minus requiritur talis dispositio, cum qua possit consistere actio humana, non solum quando actio sacramentalis exercetur; sed etiam tempore intermedio. Et quoniam hæc disparitas evidenti & convincing ratione non posset probari, sufficit nobis communis sensus Ecclesie, qui in his, quæ spectant institutionem Sacramentorum, maximè spectandus est, quando deest auctoritas Scriptura, Traditionis & Conciliorum.

118. Hæc ergo erit ratio congruentie: quia videlicet intentio virtualis, quam asservimus, sufficit ad operandum humano modo; ad orationem quoque, vota, contractus, eorumque valorem ac meritum; ergo etiam ad confectionem Sacramenti; & alioquin fideles infinitis perplexitatibus, & Sacramenta ipsa innumeris exponerentur sacrilegijs, quoniam (ut supra ex Scoto dixi) moraliter impossibile est non distracti ob diversissima objecta occurrentia, & humani ingenii volubilitatem.

Studiose tamen curare debet Sacramenti minister ut etiam actualiem intentionem adhibeat, ita exigente devotione & reverentia debitâ rebus sacris ac divinis: non quod requiratur actus elicitus, quo velit v.g. consecrare, distinctus ab ipso actu consecrationis; sed sufficit quod intellectus advertat actum consecrationis, & voluntas eum velit ac approbet, applicando potentiam executivam. Cæteroquin continuo dicere ore vel mente: *volo consecrare*, & similes scrupulosæ reflexiones potius devotionem & reverentiam impediunt. Age igitur attente quod agis, ac de illo cogita, non de extraneis, ut recte notat Bellar. lib. I. de Sacramentis in genere c. 27.

119. Sed cùm in his satis convenient Theologi, dissentient tamen in elucidanda natura intentionis virtualis, ut in principio conclusionis notavi. Ratio dissentionis est: quia (ut jam jam dixi) intentio virtualis talis esse debet, ut sufficiat ad operationem humanam; quemadmodum ut Christus voluit omnem actionem sacra-

mentalē. Porro si dixerimus cum Scoto, in distracto neque inveniri intentionem primam actualem, neque aliquam aliam imperantem, v.g. consecrationem, que à distracto perficitur; non apparet quomodo illa consecratio sit operatio humana; quippe actio externa libera requirit attentionem & intentionem præsentem, ut sibi objicit Doctor Subtilis supra num. 4. Si queratur (inquit) quomodo potest aliquis efficiere, qui modo est, reduci in illam intentionem primam scutum in causam, si nunc non est ista intentione, neque alia imperans istum actum?

Respondeat: Dicitur, quod est per quādam virtutem impressum virtuti motiva, per voluntatem actualiter intendentem; & quādū manet illa virtus impressa, illa virtus motiva moveat: ut si aliquis intenderet ire ad aliquem locum, & post in via cogitet de alijs, in illa actuali volitione siebat actualis impressio in potentiam motivam, & quādū illa impressio manet, moveat ad terminum voluntum, & procedat homo. Paulatim autem minuitur ista impressio, & tandem deficit, & cessat homo a motu; & tunc dicitur ab ipsis, quod homo non habet intentionem virtutem, nisi dum habet effectum impressum à voluntate actu intendentem in potentiam aliquam inferiorem. Ita Doctor ex Richardo h̄c q. 3. art. 1. in solut.

Scotus;

2. arg. Contra quam solutionem arguit in hæc verba: Sed mirum videtur, quomodo voluntas posset esse virtus factiva causans talen formam in ista potentia organica; mirum est etiam, quod si causaretur ibi, unde paulatim deficeret.

Hinc ex propria sententia aliam sub jungit explicationem, inquiens: Potest ergo dici, quod in appetitu sensitivo sivephantasia est aliqua dispositio, secundum quam moveret, cessante actu voluntatis imperiis eis. Vel aliter ad propositum, quod sive voluntas actu intendens aliquid relinquat in potentias inferioribus, sive non, ordinatè tamen habet suas volitiones respectu finis, & eorum, quæ sunt ad finem: & cùm ad aliquam istarum pervenerit, & alium, potentias inferioris correspondens imperaverit, potest ille alius inferior imperatus manere, licet intentio nec prima nec secunda maneat: & dum manet ille actu, voluntate quantumcumque distracta dicitur manere intentio virtualis.

Exinde ad argumentum concedit, quod aliquis actus requiritur ad hoc, quod effectus sit; & ille actus potest dici, quo producitur effectus extra. Sed si quereras (inquit) aliquem actum, secundum quem sit operatio immanens agenti, talem non oportet dare, tunc manentem, quando effectus exterior elicuit: sicut manifestum est, quod

multi

120.
Explicatio
intentionis
virtualis ex
Scoto;

Y 2

multi effectus actu causantur, quando actualis motio causa agentis per intellectum, a quo producuntur, non manet.

Ponit exemplum in naturalibus: *Quia projecto lapide in aqua, primus circulus est causa secundi, & sic deinceps; non tamen semper manet primus quādū ceteri. Ita etiam universaliter in motu projectorum prius cessat pars motori propinquior, quam remota.*

Hanc sententiam sequitur Suarius disp.

121.
Quam se-
quantur
Suarius,
Vasquez,
&c.

13. scc. 3. post 2. conclusionem. Vasq. disp. 138. n. 78. & sequentibus, ac plures alij. Lugo disp. 8. n. 87. ait: *Si aliquis contendat continuari actionem sacramentalē cum solis actibus imaginativa & appetitū materialis, non est quod in hoc immoremur: hoc enim sufficiet ad declarandum, quomodo intentio & voluntas præterita maneat virtualiter, & influat in actionem presentem. Dicastillo disp. 3. n. 100. ait probabiliorem sibi videri sententiam Gabrieli 4. dist. 6. q. 1. art. 1. notabilē 3. nullam scilicet esse intentionem virtutē, qua non sit simul actualis, & actu inhārens in voluntate respectu aliqui-jus obiecti: Sed non (inquit Gabriēl) respectu eiusdem; quia est actualis respectu mediij, & virtualis respectu finis, quem actu non intendit.*

Scotum se-
guitur Ga-
briēl, quem
immerito
pro altera
sententia
citat Dica-
stillo.

Neque Scotus id negat, quem sequitur Gabriēl supra conclu. 5. ipsissimis ejus verbis citatis. Sic enim concludit: *Sufficit ergo in baptizante, quod aliquando habuit intentionem actualē baptizandi, ex qua descendit actus baptizandi, sive in illo actu habeat intentionem actualē baptizandi, vel non: quia fortè intendit circa actum lavandi, ut est talis actus in natura, aut aliquod impertinens. Intelligendum tamen est, quod descendit illa actus absque omni motu voluntatis contrario: sicut si induens se ad missam intendit celebrare secundū usum Romane Ecclesie, & ex illo procedat continuē, fortè ex aliquo habitu derelicto inphantasia cum magna distractio; ita tamen quod faciat ea, quo necessaria sunt ad consecrationem, verè conficit Eucharistia Sacramentum. Hec Scotus. Si ergo Dicastillo amplectit sententiam Gabrieli, immerito recedit à sententia Scotti, camque impugnat duplici argumento, uno Theologico, altero Philologico. Expendamus utrumque.*

122.
Argumen-
tum Dica-
stillonis
contra sen-
tentiam
Scotti,

Theologicum est: *Virtualis intentio sufficit ad continuandum meritum & augendū illud pro ratione plurium operum, quæ fiunt ex vi præcedentis intentionis; sed sola operatio externa, consequens ex alia propter applicationem potentiae executive, non sufficit ad meritum; ergo &c. Majorem probat: quia alioquin in oratio-*

nibus, in professione religiosa, in multis alijs operibus religionis, misericordia, iustitiae cessaret meritum toto tempore, quo quis illa exercendo inculpabilitē definit elicere exp̄resse & explicitè actum intentionis, occupatus in attentione ipsius operis pīj, quod ex tali intentione incepit agere; quod durissimum esset. Minor probatur: quia ad meritum requiritur libertas; actio autem illa externa sine ulla advertentia mentis, non magis est libera, quam si fieret à dormiente.

Respondeo ex Scoto negando Mino- Responso, tem; ut enim yidimus superius, existimat Doctor cum intentione virtuali hominem semper mereri, confirmans exemplo Martys: *Fortè (inquit) Martyres in actu su- scōne, simendi Martyrium non habuerunt intentionem, nisi istam virtutem; quia immensitas penarum absorbēbat fortem usum rationis (circa finem) ista tamen perpetuo penarum erat quidam effe-ctus derivatus ex intentione servandi fidem Dei: & ideo dum durabat paſſio, durabat semper ista intentione virtualiter, sicut in effectu.*

Hinc ad probationem minoris dico, actionem illam externam sacramentalē, derivatam ex libera intentione conficiendi Sacramentum, sufficientem ex ea participare libertatem ad rationem meriti saltem externi, sive ad denominationem meriti; nam formalis ratio meriti (secundū communiorē sententiam) non reperitur nisi in actu interiori, qui solus formaliter est liber (prout h̄c supponitur esse primus actus intentionis) adeo ut actus externus, etiam cum plena advertentia procedens ab illa intentione presente, per se loquendo nihil addat de merito, neque actus malus de demerito.

Quamvis igitur in illis actionibus extēnis distractis non sit perfectissima libertas, quæ requiritur ut actus internus voluntatis sit verè meritorius, tamen ab omnibus habentur pro actibus humanis, & denominantur merita à voluntate interna præterita perfectè libera, ex qua mediatè proveniunt.

Aliud est, ex communi hominum sensu, de actibus externis dormientium, qui non procedunt à voluntate interna præterita, ne mediata quidem; neque aliquis judicat ipsos esse humanos, cūm subjectum omni prorsus actu humano destitutus, imò proximè ejus sit incapax; adeoque prima volitio non manet in aliquo suo effectu: vel enim homo solum determinatur ab appetitu, vel non humano modo à voluntate, quia cum imperfecto usu intellectus, aut verius cum solo usu phantasias, quemadmodum

124.
Disputatio
intercur-
nes actis
dormien-
tium, &
actiones
distinctio-

modum bruta animalia. In homine autem distracto certum est quod & voluntas & intellectus operetur, si non circa objectum à quo distractitur, saltem circa aliquid. Et esto operetur etiam circa actionem distractam, v. g. consecrationem, ablutionem &c. (ut vult Dicastillo) tamen adeò remissè, ut homo nequeat id scire.

Sicut ergo illa advertentia talis qualis non sufficit ad peccatum mortale (nam reperitur in motibus secundò primis, ac varijs animi passionibus, que tamen, communis calculo Doctorum, non imputantur defectu deliberationis in gravem culpam) ita etiam se sola insufficientis est ad meritum; quippe (secundù multos) tanta deliberatio requiritur ad merendum, quanto ad votendum: porro ut votum obligat (secundù communem sententiam) exigitur deliberatio requisita ad peccandum mortaliter.

125. Igitur admisâ illâ exigâ advertentiâ, adhuc recurendum est, ut actus externus voti obliget, & ut sit meritorius, ad primam actualē volitionē perfectè deliberatam, quâ voluit se obligare Deo per externam v. g. professionem: similiter ut consecratio distracta sit meritoria; dato etiam quod sit aliqua imperfecta libertas, recurrere debemus ad primam volitionē efficacem consecrandi per verba à Christo instituta. Si ergo illa prima volitio potest communicare consecrationē libertatem requisitam ad meritum (quam de se non habet) quando imperfecta est libera; cur non etiam quando nullo modo in se est libera in quantum actus sacramentalis, puta si homo nullam habeat omnino cogitationem Sacramenti, dummodo saltem (ut Gabriel ait) intendat circa illum actum, ut est talis actus in natura, aut aliquid impertinens?

Falsò Dicasterio ex sententia Gabrieles requiriunt remunrem auctiōnem ex parte obiectu.

Unde falsò Dicastillo ex sententia Gabrieles requirit tenetum illum attentionem ex parte objecti seu finis intenti, cuius certe nullibi meminit hic Auctor; quamvis etiam expressè non neget hujusmodi attentionem ordinariè adesse, sicut nec Scotus. Profectò non satis apparet quomodo actiones subsequentes possint fieri, nisi directe ab actuali intellectione, & consequenter imperatæ ab actuali volitione: nam phantasias lepe non potest cognoscere rationem actionum quæ sunt, utpote dependentium à notitia intellectuali; nec est naturalis inter actiones v. g. missæ continuatio, ut una alteram necessariò sequatur.

126. Interim absolutam necessitatem non convincit argumentum propositum; præterius ille sentit cum Deus potuerit sic ordinasse, ut

minor libertas sufficeret ad meritum continuandum, quam incipiendum; ad continuationem actus humani, quam ad priam positionem, estque consonum sensu communis id factum esse. Enimvero omnes judicant in votis, contractibus &c. sufficere & requiri, quod plenè deliberatè inchoentur, etiò interea evagitatione mentis humani semper interveniente, præsens libertas actualis operationis continuata turbetur: quippe perseverando in actione externa prius proposita, manet satis idem propositum in ordine ad effectus morales; feci quā in incidente in somnum, in quo status libertatis (ut jam sèpè dixi) velut in actu primo tollitur seu interrumptur.

Adeoquè licet concederemus parvam illam & confusam attentionem in homine distracto, quam requirit Dicastillo, sufficeret ad meritum vita æternæ etiam inchoandum, ut multi docent (quamvis contrarium indicet Scotus 3. dist. 39. n. 4. ibi: Si autem fiat perivium indeliberatè, quantumcumque frequenter fiat, cum actus meritorius requirat, quod sit plenè humanus, & hoc esse ex plena deliberatione &c.) adhuc non satis clare ostenditur necessitas ejusmodi attentionis ad valorem & meritum actionis sacramentalis continuatae, que cum plena & perfecta deliberatione est inchoata, ejusmodi (inquam) attentionis præsertim circa finem Sacramenti.

Quod solùm videatur velle Scotus (ut colligo ex verbis ejus supra relatis ad calcem concul. 6.) explicans enim intentionem virtualem, ponit exemplum peregrinantis ad S. Jacobum, confirmans exemplo Martyris. Et de primo dicit: Ex intentione huia finis ordinat multa alia necessaria ad illum finem; exequens autem illa ordinata, non semper cogitat de S. Iacobo, nec de reverentia eius. Quis autem dubiter eum cogitare de suo itinere, in quo de facto laborat?

Sicut laborans in vinea tota die propter mercedem ad alendam familiam, quamvis non continuò cogiter de isto fine aut de labore suo propter illum finem, indubitate tamen advertit & vult laborem corporalem, in quo actualiter occupatur.

Similiter quamquā Martyres propter immensitatem penarum forte non habuerint semper perfectum usum rationis, quo continuò adverterent ad finem prius deliberatè intentum, videlicet fidem Deo servandam; non videtur tamen ordinariè ita usum rationis in ipsis fuisse extinctum, ut nullo modo adverterent ad

Y 3

libertatem
ad meritum
continuant
dum, quam
incipiendum.

Admissa
l'ufficienzi
attentionis
tenus ad
incœnanda
meritum,
non ostendit
eius ne
cessitas ad
valorem Sa
cramenti;
præterim
circa finem
Sacramenti;

127.
Quod so
lum inten
dit scotus;

mate-

Qualiter vi tormentorum usus rationis sibi possit increas-

materialia tormenta, quæ patiebantur.

Quod si aliquando vi tormentorum adeo-

usus rationis fuerit sibi, ut esset insla-

dormientium, tunc eo modo meriti sunt

per illas passiones, quo modo quis deme-

reter, qui plenè deliberat disponit se ad

fornicandum, etiæ fornicatio in somno per-

ficiatur, ut existimat Doctor Subtilis 3.

Scotus, dist. 15. n. 18. ibi: *Et si obicitur, quod tunc*
fortis politicus non virtuose exponit se talibus
passionibus excessivis, quia in eis non potest uti
virtute propter vehementiam earum, & ita pri-
vat se virtute. Respondeo ipsum pati tales dolores,
est obiectum bonum eligibile propter bonum fi-
nem: & ideo electio habens illud pro objecto bona
est adhibitis circumstantijs debitis circumstanti-
bus eam, licet bonus actus formaliter, qui est
electio voluntatis, non maneat cum talibus tormen-
tis, passionibus conunitis, ad quæ se exponit. Ita
etiam exponens se formationi, si in momento
summa delectationis non utatur ratione, nec per
consequens voluntate, peccat tamen mortaliter
exponendo se illi passioni, in qua non potest uti
ratione: quemadmodum aliquis potest meritorie
vel dementorie exponere se dormitioni proper
bonum finem, in qua non potest uti ratione. Ita-
que in illa circumstantia rerum, perpetuo
ponarum in Martyre potius erit effectus
meriti, quam meritus formaliter, sicuti
fornicatio illa non est peccatum formaliter,
sed effectus peccati:

128. Accedit ad propositum nostrum, quod

habet Doctor. 2. dist. 41. n. 2. ubi assig-

nans triplicem modum, quo actus aliquis

possit referri ex charitate in finem ultimum,

his verbis describit relationem virtualem:

Idem. Alio modo virtualiter, sicut ex cognitione & di-

lectione finis deveniens est ad volitionem huius

entis ad finem, puta ex cognitione & dilectione

Dei pertinente ad portionem superiorem, portio

inferior considerat talem actum, puta pa-

tientia, esse affundendum, & postea illum exequi-

tur volendo, non tamen tunc referendo in finem,

quia nec tunc actualiter cognoscitur, nec diligitur.

Similiter ergo Scotus ab intentione virtu-

ali non separat omnem proslus advertentiam

& volitionem, sed dumtaxat advertentiam

& volitionem finis, præsternit perfectam

illam & omnino deliberatam, quæ fuit inci-

piendi seriem certarum actionum ad eun-

dem finem conducentium.

129. Hæc scilicet superque pro solutione ar-

gumenti Theologici. Examinemus Phi-

losophicum, quod est tale: Quando opera-

tio est tempore interrupta, non solum ab

ipsa intentione, quæ in se jam cessavit, ve-

rū neque ab ipso effectu externo, qui cum

tali intentione incœpit, potest procedere:

atqui in administratione Sacramentorum

sæpe interveniunt aut saltem possunt in-
tervenire actiones omnino impertinentes;
ergo &c.

Respondeo: tot & tam graves actiones **Responso**
indifferentes possent intercurrere, quod in- **ad argu-**
tentio virtualis non maneret; ac proinde **mentum**
nisi prior intentio post illas actiones resu- **Philosophi-**
meretur, Sacramentum minimè conficeret. **cum**
Cæterum quod parum est, in moralibus pro nihil reputatur. Porro actio Sa-
cramentalis quamvis in rigore physica sit; non tamen nisi compositum aliquod mo-
rale, quod moraliter causat suum effectum,
ex institutione & juxta voluntatem Chri-
sti. Potuit autem Christus instituere Sa-
cramentum independenter ab intentione mi-
nistri, ergo etiam ut sufficiat intentio actua-
lis moraliter continua, licet physice inter-
rupta.

Et certè ita Christum de facto instituisse, **130.**
colligimus ex communis sensu Ecclesie, **ad argu-**
qua expresse nunquam requisivit à mini-
stro Sacramenti tenuem illam & confusam
advertentiam. Nec mirum, cùm minister **mentum**
(ut vult Dicast. sup. n. 100.) non disser-
nat se operari cum tali advertentia aut in-
tentione, ut videre (inquit) est in ijs, qui
ex habitu pulsante instrumentum aliquod
musicum. Nam cùm artificiosè latè &
perfectissimè ludant fidibus, necessariò id præ-
stare de bent cum advertentia mentis &
motione voluntatis, & tamen nec in ipsa
actione versantes sæpe advertunt se adver-
tere, nec suæ advertentia postea recor-
dantur.

Sed nunquid aliquando advertunt? Quis
ambigat? Et nonne in somno posset quis
artificiosè pulsare cytharam, legere, can-
tare, scribere &c? Unde igitur scit se adver-
tere in vigilia, si non advertat se adver-
tere?

Profectò afferendum est vel semper in **131.**
homine distracto reperi illam confusam
advertentiam, vel certè quandocumque ali-
quis distractè administravit Sacramentum,
dubius erit & anxius de valore sui actus,
quod magnum est inconveniens; ut pro-
inde non existimet Deum, qui suaviter
omnia disponit, plus exigere ad valorem
Sacramenti, quam intentionem virtualem,
ut Scotus & alij veteres Scholastici eam ex-
pliante, quamvis fortassis non adesset illa
confusa advertentia, quam nemo scire po-
test se habuisse. Evidem vix dubito, si
talis minister interrogaretur, quarè v. g.
abluit & proferat hujusmodi verba, quia
statim responderet, utique ad confidendum
Sacramentum: contrarium certò certius
eveniret in homine ebrio aut dormiente.

Et

132. Et hactenus quidem de secunda divisione intentionis. Sequitur tertia in intentionem absolutam & conditionatam. Notitiam terminorum suppono; Theologis enim scribo. Neque est Theologus, qui dubitet de sufficientia intentionis absolutae. Et cum triplex sit conditionata, de praesenti, praeterito & futuro, sati convenienter Doctores conditionatam de praesenti & praeterito ratam esse in omni Sacramento; pro solo autem Matrimonio, etiam de futuro. Sit itaque

CONCLUSIO IX.

Omnia Sacraenta validè ministrantur sub conditione de praesenti vel praeterito: solum Matrimonium recipit conditionem de futuro, id est, suspensivam valoris.

133. Sacraenta debent ministrari absolute, hoc est, sine appositione aliquius conditionis extrinsecæ, id est, quæ de jure non inest, putat: *Si pater consentiat: Si es predestinatus: Si Christus mortuus est pro nobis &c.*) nisi subsit iusta causa. Quod luculenter probat universalis praxis Ecclesiæ, à qua non recedit saltem sine peccato veniali, subinderiam non absq[ue] peccato mortali, ut patet ex dicendis. Hoc prænotato

Prima pars conclusionis est communis, intellecta de conditione naturaliter cognoscibili. Ratio patet: quia talis intentio conditionalis transit in absolutam, juxta illud Instit. de Verb. oblig. §. 7. *Conditiones que ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt.* Veluti: *Si Titius consul fuit, vel Si Mævius vivit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: fin autem ita se habent, statim valet. Que enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint. Ita jus civile, quo utitur Ecclesia, nisi sacris Canonibus contradicat, cap. 1. de Novi operis nuntiatione, ibi: *Qua verò sicut leges non dediantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum Principum constitutionibus adiuvantur.*

Quin immò jus Canonicum expressè decernit Baptismum conditionatum cap. 2. de Baptismo, dicens: *De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmis: Si baptizatus es, non te baptizo; sed*

si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c. De valore ergo hujus Baptismi non est ambigendum.

Dubitatur autem, an valeat Sacramentum sub conditione naturaliter inconnoscibili? v.g. baptizat aliquis sub conditione: *Si suscipiens est predestinatus.* Quæritur (inquit) an talis Baptismus sit validus ex hypothesi, quod suscipiens sit predestinatus? Afferit Suarez disp. 13. sect. 3. ante conclus. 4. se non invenire sufficientem rationem, quæ convincat ad dicendum, ex hac intentione in re ipsa non confici Sacramentum, si conditio posita in re ipsa existit, quamvis ignoretur. Censo tamen (inquit) in primis talen modum esse iniustissimum & gravissimum sacrilegium continere; utique propter incertitudinem & periculum nullitatis.

Addit, tale Sacramentum esse iterandum (saltem sub conditione) quia & simpliciter dubium est, an intentio sub tali conditione sit sufficiens, & saltem h[oc] & nunc in tali persona est incertum, an in re existat talis conditio. Cum tamen, licet fortasse contingat non esse predestinatum, nihilominus baptizari debeat. Quod verum existimat, etiam in casu, quo ex eventu futuro constare posset de existentia conditionis pro tempore Baptismi collati, puta si conditio fuerit: *Si Deus sciat te hoc anno vivendum.* Rationem assignat: quia non debet homo esse suspensus & dubius de suscep[re]to Sacramento.

Sed nefcio, quarè hic Auctor simpliciter dubiter de validitate istius Sacramenti, si conditio in re existat, cum nullam adferat rationem dubitandi præter incertitudinem & indecentiam, quæ ex illa oritur. Et licet propter illam indecentiam aliquibus videatur Christum, qui prudentissime instituit Sacraenta, non voluisse pro illo casu valere Sacramentum; equidem faciliter responderetur, multa nobis apparere imprudenter facta, que tamen in judicio Dei sunt prudentissima.

Quid enim imprudentius appetit humanae ratiocinationi, quam Deum hominem in excelsum montem, vel in sanctam civitatem à diabolo afflumi? *Mens refugit credere* (verba sunt S. Gregorij Papæ homil. 16. in Evangelia) *humane hoc audire aures expavescant.* Qui tamen non esse incredibilis ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium caput diabolus est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? an non diaboli membra Iudei persequentes, & milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum

134. An valeat Sacramentum sub conditione naturaliter inconnoscibili? Sententia Suarez,

135.

136. Non iecet dubitare Suarez de validitate Sacramenti, si conditio in re existat,

Cap. 1. de no-
vi spiritu num-
inosis.
Cap. 2. de
Baptismo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

176 *Disp. I. De Sacramentis in genere.*

mirum, si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?

137.

Hæc & similia apparent humano intellectui irrationalia, quæ tamen in consistorio SS. Trinitatis, prudentissimè sunt disposita. Et quis dubitet multa alia magis indecentia ex malitia hominum fieri in administratione & confectione Sacramentorum, quæ propter ea non reddunt Sacra menta irrita? Christus igitur prudenter instituit, ut generaliter Sacramentum valeat sub conditione de præsenti & præterito, quamvis per accidens ex malitia hominum inde sequatur aliquid inconveniens. Hinc omnes docent valere Sacramentum, quod confertur sub conditione de præsenti, quam minister suā culpā ignorat in re existere, licet mortaliter peccet sic administrando.

138.

Suarez.

Et sanè (ut bene adveritur Suarez supra) sœpe quis baptizatur sub hac conditione: *Si non es baptizatus, quamvis illa conditio sciri non possit.*

Non est differentia inter hanc conditionem, & illam: si es prædestinatus: si tum quia est de re humana, quæ per se lo non es baptizatus, &c: si occulta; tum maximè quia licet propter ei prædestinatus, nisi quod ad licitum.

Dices: Magna est differentia inter hanc conditionem, & illam: *si es prædestinatus: si tum quia est de re humana, quæ per se lo non es baptizatus, &c: si occulta; tum maximè quia licet propter ei prædestinatus, nisi quod ad licitum.* sens Baptismus sit validus; tamen simpliciter est certum, hunc hominem manere baptizatum vel præsenti Baptismo, vel præterito: secùs quando conditio naturaliter est incognoscibilis; tunc siquidem & ipse Baptismus, qui sub tali conditione conferatur, incertus est; & simpliciter dubium est, an talis homo sit baptizatus. Cùm ergo illa conditio sit omnino aliena ab humana cognitione, præter humanum operandi modum est aliquid sub ea velle efficere.

Respondeo: Illa differentia solùm probat ministerium illicitum, non autem invalidum; etenim secundum jus Canonicum cap. *Ad Apostolicam 15. de Regul. Regin.*

Cap. Ad Apostolicam de Regul.

139.
Objecatio.

Responsio.

Instantia.

fieri prohibentur, qua si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem. Accedit, quod Deus, cuius est habere ratum vel irrum Sacramentum, optimè noverit adimplitionem vel non adimplitionem conditionis.

Dices: Ergo Sacerdos validè applicabit fructum Sacrificij pro illo, quem Deus novit primò peccatum. Respondeo concedendo totum, si pro necessitate aliqua jam nunc existente, v. g. pro aliquo jam nunc defuncto.

Sed contra: Congregatio Cardinalium

Concil. Trident. interpretum, & ex ejusdem

congregationis sententia Paulus V.

hujusmodi consuetudinem Sacrificij appli

candi tanquam periculosam, fidelium scan

dalis & offenditibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem exploxit ac improbat, mandavitque Cardinali de Guevarra Archiepiscopo Hispanensi, talem usum abolere & prohibere Excommunicationis atque alijs penit.

Respondeo Primò: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem. Hæc autem verba prohibitionem tantum sonant, non etiam irrationem aut invaliditatem, de qua hæc solùm disputamus.

Respondeo Secundò, declarationem non expresse loqui in nostro casu quando offertur Sacrificium pro necessitate præsente, idque sub conditione præscientie Dei, ut pater ex verbis quæ generalia quidem sunt, distinguenda tamen, ubi ratio sufficiens distinctionis occurrit. Merito autem generaliter Pontifex illam consuetudinem prohibuit tanquam periculosam &c. quia sepius occurrit potest, ut necessitas illa, pro qua postea prima Missa est petenda, non sit præsens, & per consequens non profit illi, qui postmodum offert stipendum.

Præterea fieri potest, ut subiectum prout non sit capax fructus Sacrificij, utpote in peccato mortali, vel quia non indiget satisfactione; aut certè si indiger pro aliquibus venialibus, nondum tamen de illis dolebat, & per consequens non poterat liberari à reatu poena per Sacrificium; non enim poena remittitur ante culpm.

Adde, ex parte offerentis stipendium minuit fructum; nam petendo missam & offerendo stipendum, concurrimus suo modo, & offerimus illud Sacrificium cum Sacerdoti, cui oblationi correspondet partialis fructus, ut videbimus agentes de fructu Sacrificij. Propter hæc itaque fatentur omnes, jure meritorio illam consuetudinem esse prohibitam a Pontifice, & in praxi à Prælatis inferioribus debere prohiberi. Auctores pro una & altera parte vide apud Dianam Tract. de Celeb. Miss. resol. 15.

Hucusque de prima parte conclusionis. Discutiamus secundam, quæ duplum habet exponentem. Prima sit: Matrimonium recipit conditionem suspensivam valoris. Secunda: nullum aliud Sacramentum illam admittit. Utraque est certa & recepta in praxi; non deficit tamen modernus aliquis Thologus (inquit Lugo de Penitentia disp. 13. n. 108.) qui speculative probabiliter dixerit, valere absolutem Sacramentalem sub conditione de futuro, v. g. *Si cras restitueris, quā adveniente, incipiat absolute habere effectum.*

Quod

140.
Responso
141.

142.
Matrimonio
nitione regi-
bit condi-
tionem fac-
tum est
perfruam
valoris &
nulli aliud
Sacramen-
tum illam
admitit.
Lugo.

Condicio
de futuro
non suspen-
dens valo-
rem, potius
est de pra-
fenti.
In his de-
pot. oblig.

Quod addo: quia conditio de futuro, quae non suspendit valorem, v. g. Si Deus videat te crastina die restitutum que iniuste rapauisti, non ita est de futuro, quam de praesenti. Quin imo sola conditio suspensiva propriè in jure vocatur conditio, Institut. de verb. oblig. §. 5. Sub conditione stipulatio sit, cum in aliquem casum differtur obligatio: si si aliquid factum fuerit vel non fuerit, committitur stipulatio.

Quid si ergo Confessarius dicat: Absolvo te pro nunc, si ora restitus? Sanè illicita est absolutio, quia contra consuetum modum: interim appareret valida, quia impræsentiarum verum est (quamvis ignotum) id, ad quod sententia restringitur: siquidem sufficit impleri conditionem pro illa temporis differentia, pro qua minister intendit.

Nec vero repugnat valorem praesentem pendere à futuro, prout patet in emptione inita cum pacto legis commissoriæ facto verbis directis, sic ut si conditio de futuro postea non impletatur, v. g. si intra certum tempus premium non solvatur, contractus sit nullus, atque adeò res ab initio inempta. Quod ipsum admittendum est mediately contingere in collatione Sacramenti sub hac conditione: si Deus futurum noverit; quandoquidem prævisio divina, eti præsens, præsupponit objecti futuritionem.

143. Sed (ut progrediamur) quæ putas est ratio primæ exponentis? Existimo, quia cæteri contractus recipiunt conditionem suspensivam, nisi alter legibus instituti sint: nullibi autem jus generaliter prohibet apponere conditionem contractui matrimoniali; quin imo pluribus locis significat aliquando id licere, ut suo loco videbimus. Porro quæ contraquæs, eadem est ratio Sacramenti; nam Christus non immutavit naturam contractus, sed dumtaxat eam ad dignitatem Sacramenti elevavit.

Hinc in multis non valet argumentum à Sacramento Matrimonij ad Baptismum, Confirmationem &c. ut nec in praesenti materia. Ratio est: quia Christus huc Sacramenta non reperit quoad suum materialem, sed prout voluit, instituit: instituit autem ut valerent tunc, quando poneretur materia & forma, ut liquido constat ex consensu omnium DD. qui hactenus de Sacramentis scriplerunt. Insuper instituit pro forma verba propriè dicta, cum tamen in Matrimonio sufficiant æquivalentia.

144. Hæc ergo est probatio secunda expontentis, de qua sic discurro: Sacramenta

tunc valent & conferunt effectum, quando ponitur materia & forma; atqui in Baptismo & ceteris omnibus, præter Matrimonium, vel ponitur materia & forma ante conditionem impletam, vel nunquam ponitur; ergo vel tunc valent, vel nunquam. Probaatur minor, quæ sola habet difficultatem: quia materia, v. g. Baptismi, est realis ablutionis forma, verba realia, Ego te baptizo &c. atque quando impletur conditio suspensiva, neque ablutionis realis, neque verba realia amplius existunt; ergo &c.

Dices: Existunt virtualiter in relatione 145. ministri ad tempus futurum, seu potius in Objectio conditione futura; quemadmodum existit consensus matrimonialis, qui est forma Sacramenti Matrimonij.

Respondeo: Ad alia Sacra menta non sufficit virtualis existentia materiae & formæ, seu materia & formæ virtualis, sed requiritur materia & forma actualis seu realis. Ratio voluntas Christi, quæ ostenditur per continuum usum totius Ecclesiæ, in qua nunquam legitur aliquod Sacramentum, præter Matrimonium, collatum fuisse sub conditione suspensiva; sed semper Ecclesia judicavit, & adhuc judicat non esse in potestate ministri suspendere effectum Sacramenti positâ materia, formâ & debitâ intentione: alioquin dicamus Sacerdotem posse consecrare, aut Confessarium absolvere pro crastina die.

Contra: Minister non intendit nunc 146. absolutè ministrare Sacramentum. Esto; ergo efficiet positâ conditione, cum jam intentio ejus conditionata transferit in absolutam, nego consequentiam; sola quippe intentio non est causa Sacramenti, sed insuper legitima materia & forma; v. g. in Baptismo realis ablutionis, & realia verba: Ego te baptizo &c.

Inflas: Neque minister Matrimonij potest suspendere effectum Sacramenti positâ materia, formâ & legitimâ intentione. Respondeo concedendo totum: sed disparitas est, quod forma Sacramenti Matrimonij (quæ est consensus absolutus quocumque signo externo expressus, actualis aut virtualis) tunc solum ponitur, quando conditio adimplitur; secundus formæ aliorum Sacramentorum.

Unde in rigore loquendo nequidem Sacramentum Matrimonij ministratur sub conditione, sed potius contractus matrimonialis incipit; perficitur autem tam in ratione contractus, quam Sacramenti, impletâ conditione; hoc est, impletâ conditione, vel quando jam impletur,

In rigore nequidem Sacramentum Matrimonij ministrator sub conditione.

verum est dicere : Nunc est *Sacramentum Matrimonij*, & antea non fuit. Quare sufficit ne contrahentes peccent, quod sint in statu gratiae, quando adimplerunt conditio. Alias difficultates differo in proprium locum.

148.

Non valet argumentum à sententijs judiciali extra Sacramentum ad sententiam Sacramentalem, quam de novo Christus instituit, & essentialiter voluit consistere in verbali absolutione. Sicut ergo non sequitur :

Sententia extra Sacramentum potest ferri scripto vel in absentem, igitur & in Sacramento ; ita etiam ex valore sententia conditionalis de futuro extra Sacramentum, malè infertur valor hujusmodi dissentientia in Sacramento ; nisi idem veniam dicere de Sacramento Ordinis, in quo conferunt potestas ; quia & aliae collationes potestatum sic fieri possunt, quod est inauditum. Itaque Christus non instituit in nova Lege sententiam utrumque, sed taliter prolatam, per talen ritum & formalum verborum, non aequivalentium, sed formalium & realium. Plura in materia de Pœnitentia.

Ad alia festino, & quæro ultimè, an intentione debet ferri super materiam determinatam ? Pro responsione instituitur

CONCLUSIO X.

Intentio faciendi quod facit Ecclesia, necessariò debet esse circa materiam determinatam.

149.

Est communis & certa. Colligo ex verbis formarum : Ego te baptizo, absolvō &c. Hoc est corpus &c. Confirmo te. Indulgeat tibi Deus : Accipe potestatum : Accipio te in meum, vel meam. Quæ omnia significant determinationem materiam ex qua aut circa quam Sacramenti. Et quid mirum, quandoquidem intentione ministri operativa sit & efficax, actiones autem sint circa singularia ?

Determinationi materiae qualiter non obsteretur error privatus.

Porro huic determinationi non obstat error privatus, quo quis existimat se solum habere unam hostiam consecrandam, cum sint plures ; aut quo putat se baptizare, confirmare, absolvire, inungere, ordinare Petrum, & est Paulus ; si modò haberetur intentionem generalem consecrandi omnes hostias ante se positas, simi-

liter baptizandi, confirmandi &c, personam præsentem, quæcumque illa sit, aut quomodocumque vocetur. Et hæc censetur ordinaria cujuslibet intentione in his Sacramentis, quando non constat de contra-ria, ne Sacramentum absque ratione expatriatur nullitati.

Dico : In his Sacramentis ; quia in Matrimonio regulariter minister alligat suam intentionem ad hanc particularem personam, non autem ad quilibet præsentem. Do disparitatem : quia multum interest ministro Matrimonij, cum qua persona contrahat ; parum autem vel nihil minister aliorum Sacramentorum, quam personam confirmet, baptizet &c.

Ceterum, si contrahens Matrimonium dicat : Accipio in meam coniugem personam hic præsentem quæcumque tandem sit, error personæ non invalidabit contractum ; quippe speculativus solum est, & non practicus, id est, contractus non dirigitur illo errore : & è converso, si consecrans v. g. intendat hanc hostiam quam posuit, & nullam aliam, error circa materiam reddet consecrationem irritam, ut pote qua illo errore dirigitur ; idem est de Baptismo, Confirmatione &c. si minister adstringat suam intentionem ad certam personam.

Petes, an ergo sit invalida Ordinatio eorum, qui accedunt cum legitimo aliquo impedimentoo, puta irregulares, aut carentes patrimonio & beneficio, vel legitimis litteris dimissoriis &c? Solet namque in aliquibus locis Officialis Episcopi ante Ordinum collationem publice protestari, Episcopum non habere intentionem eos ordinandi.

Respondeo affirmativè, si reverè Episcopus habeat talam intentionem. Putant tamen aliqui, protestationem illam solum fieri ad terrendum ; Episcopum autem habere absolute animum ordinandi eum qui accedit, quicunque ille sit ; tum quia in Pontificali non invenitur talis protestatio, sed formula dumtaxat, quæ ordinandi moneantur ab Episcopo, vel ex parte ejus, nè accedant cum aliquo impedimentoo ; tum etiam propter inconvenientia, quæ nata sunt sequi ex tam generali, restricta & conditionata voluntate, scilicet siquidem contingere potest, ut quis habeat impedimentum & nesciat, vel non recordetur : item potest oriri dubium, an reverè haberetur impedimentum. Non debet autem res adeo gravis exponi tam faciliter pericolo nullitatis & reordinationis. Quidquid de hoc sit ; Hugo disp. 8. sect. 7. in fine consultis eo modo Ordinato

Ordinato cum impedimento, ut aeat Episcopum, eis que exploret intentionem; vel si id fieri nequeat, recipiat iterum sub conditione Ordinem, ne maneat in illo dubio cum periculo invaliditatis aliorum Sacramentorum, quae ex Ordinatione pendent.

152. Petes rursum, cum contractus emptio-
nis communiter valeant, et si alia res nu-
mero, ejusdem tamen speciei & aequalis
bonitatis, substituatur; cur (inquam) con-
tractus Matrimonij non sit validus, si per-
sona qua substituitur, sit aequa bona, pul-
chra &c. Pro responsione

Nota ex tract. de Justitia & Jure, quem-
libet contractum irritari per errorem in
substantia rei; v.g. qui vendit vitrum
putanti esse gemmam, non facit validam
venditionem. Ratio est manifesta: quia
deest consensus in talen rem; nihil quippe
volitum, nisi cognitum: porro consensus est
essentia contractus.

Et ita decernitur ff. de Contrah. emp-
tione L. 9. In venditionibus (inquit) & em-
ptiōnibus consensum debere intercedere, palam
est Si igitur ego me fundum emere puta-
rem Cornelianum, tu mibi te vendere Sem-
pronianum putas; quia in corpore dissentimus,
empio nulla est. Et infra: Inde queritur, si
in ipso corpore non erratur, sed in substantia
error sit, ut putas acutum pro vino veneat, as
pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid
aliud argenti simile, an emptio & venditio sit?
Respondet Ulpianus: Si vinum non acutum,
sed ab initio acutum fuit ut embanna, id est,
intinctus; aliud pro alio venisse videtur: in ea-
teris autem nullam esse venditionem puto quoniam
in materia erratur. Porro quis audeat vel le-
viter suspicari, non errari in materia Matri-
monij, si una persona pro aliis obtrudatur?

Equidem variatio personae in hominibus
aequivalet variationi speciei in alijs rebus.
Molinus. Unde etiam (secundum Molinam de
Justitia Tomo 2. disp. 340. n. 21.) talis
variatio facit irritam emptionem servi &
ancillae, juxta legem civilem mox allega-
tam, ibi: Idem est, si ego me stichum, tu
Pamphilum absentem vendere putas: nam cum
in corpore dissentiantur, apparet nullam esse ven-
ditionem. Quanto potiori jure emptionem
(ut sic loquar) conjugis, ex cuius varia-
tione maxima resultat diversitas ad inten-
tum Matrimonij, & vitam communem per-
petuam?

Rationabiliter ergo contrahens Matri-
monium censetur suam voluntatem alliga-
re ad hanc personam, etiam magis, quam
emens aurum alligat suam voluntatem ad
aurum. Contrarium evenit in emptione

vini, vestis & similiū rerum; parum
enim refert ad intentum ementis sive haec,
sive alia numero, aut etiam aliquando
specie diversa detur, dummodo sit aequa
bona.

Contra: Etiam alia uxor poterit esse
aequa bona, immo forte melior. Respondeo
hanc equalitatem aut meliorationem non
posse ab hominibus prævideti, cum pendeat
ex quam plurimis circumstantijs, ut placeat
coniugi vel displiceat. Quare merito quis-
que non alieno, sed suo vult judicio fidere
in re tantis momenti.

Hucusque de conditionibus necessariis
in ministro ad validam administrationem
Sacramenti. Ad licitam verò insuper re-
quiritur, Primo sanctitas sive status gratiae.
Sed nunquid sub gravi obligatione?

CONCLUSIO XI.

Peccat mortaliter qui absque
necessitate conficit Sacra-
mentum in malo statu, pte-
sertim si ex officio ad id est
consecratus.

Quod sit aliquod peccatum absque ur-
genti necessitate conficere Sacra-
mentum in peccato mortali, nemo dubitat.
Tertius est D. August. lib. 2. contra Episto-
lam Parmentiani cap. 10. post medium, &
habetut 1. quæst. 1. cap. 78. Omnia (in-
quit) Sacraenta cum obstante indignè tra-
ctantibus, profum tamen per eos digne sumen-
tibus. Tertius Nicol. I. ad consulta Bul-
garorum cap. 71. & habetur 16. q. 8. cap.
ultimo, ibi: Porro qualicumque Sacerdos sit,
que sancta sunt coquimare non potest. Idcirco
ab eo, usquequo iudicio Episcoporum reprobat,
communio percipienda est, quoniam mali bona
administrando se tantummodo ledunt; & cerea
fax accensa sibi quidem detrimentum prestat,
alijs vero lumen in tenebris administrat; &
unde alijs commodium exhibet, inde sibi differ-
endum præberet.

Accedat testimonium Concilij Trident.
sess. 13. cap. 7. Non deceat (inquit) ad sa-
cras illas functiones quemquam accedere nisi
sancte. In quibus verbis pro fundamento
hujus obligationis sive decentie statuit
Concilium sanctitatem operis. Unde sub-
dit: Ceterè quo magis sanctitas & divinitas cele-
stia huic Sacramenti (Eucharistie) viro Chri-
stiano comperta est, eo diligenter cavere ille deberet,
nè absque magna reverentia & sanctitate ad id
perci-

180 *Diss. I. De Sacramentis in genere.*

percipiendum accedit. Addere possumus: Et ad conficiendum. Quemadmodum ergo ad minus venialiter peccat, qui suscepit Sacramentum in malo statu, praeceps propter Sacramenti sanctitatem; ita etiam pari ratione, qui conficit.

155.

Isiae 52. *Et certè si ministros Sacramentorum veteris Legis oportebat esse mundos, juxta illud Isiae 52. v. 11. Mundamini qui fertis rasa Domini; quanto magis convenientem ministros Sacramentorum Legis Euangelicæ esse mundos & sanctos?* Quippe in tantum perfectione, dignitate & sanctitate Sacra-menta novæ Legis excedunt Sacra-menta antiqui testamenti, in quantum sanctitas vera, id est, gratia sanctificans, per quam homo constitutus filius Dei adcepit, excedit gratiam sive sanctitatem legalem, quæ non consistebat nisi in munditia quadam corporali aut remotione quarundam lega-tium irregularitatum.

156.

Sententia multi propriæ causæ facilitatem moraliter gratia sanctificantis, pecunia mortali-ter administrantes Sacramen-tum quodcumque in malo statu, est ad hoc ex officio non specia-lier confe-cratos; ita Vasquez, Lugo & alii.

S. Dionysius.

Ioann. 20.

157.
Ratio Conclu-sionis ex sanctitate actionis.

Et ideo Christus tribuens discipulis po-testatē remittendi peccata per infusio-nem gratia sanctificantis, præmisit Ioan-ni. v. 22. hæc verba: Accipe Spiritum Sanctum, volens significare necessitatem Spir-itus Sancti inhabitantis eum, qui alios san-tificat.

Ratio itaque à priori hujus senten-tiæ rigidioris, est sanctitas illius actionis. Enimvero appetet valde indecens, quod minister Sacramentorum, sive huic muneri specialiter deputatus sit, sive non, gerens personam Christi in illa actione, quæ consert alijs gratiam sanctifi-cantem, sive mancipium diaboli & ini-micus ipsius Christi, sive (ut loquitur Vasq.) quod minister gratia neque con-

cordet cum principalí auctore gratiæ, neque cum instrumento.

Rationem à posteriori assignat Vasq. supra num. 36. ex Gabriele 4. dist. 5. quæst. unica art. 3. dub. 2. Si quis in actuali ministerio peccare peccato odij, aut alio genere peccati mortalis, etiam peccaret mortali peccato sacrilegij contra Sacramentum, insigne nimis illud tractans; atqui eadem est ratio peccati actualis, & habitualis; ergo &c.

Respondet Dicastillo disp. 3. num. 228. A Dicasti-lo ione origi-naata

Primò, Majorem eadem facilitate negari posse, quâ assertur. Secundò, gratis consensâ maiore, negat minorem; probabile quippe est peccare veniali sacrilegio qui recipi Eucharistiam in actuali peccato ve-niali, secùdum habituali.

Sed contra: disparitas est, quod morali-ter homo non sit sine peccato habituali ve-niali; adeoque Deus non censerit illam dis-positionem requirere, bene sine peccato ve-niali actuali, & mortali habituali.

Caterūm, quamvis ex auctoritate & ratione hæc sententia sit probabilis, non tamen reddunt illam certam. Nec ego (inquit Joannes Poncius in Cursu suo Theologico disp. 41. quæst. 9. conclus. 1.) existimare conueniens reddere iugum Domini gravius, quā ipsem exprefit aut per se, aut per Ecclesiam suam, sive in Concilio generali aliquo, sive ex declaracione alicuius Pontificis. Unde refunderem hanc obligationem in jus positivum significatum sufficienter per communem consensem DD. contentiente Ecclesia, & confirmatum consuetudine com-muni omnium ministrorum Sacramento-rum non laborantium ignorantia, qui omnes existimant se peccare mortaliter. Ita hic Author.

Verum ubi legerit communem illum consensem DD. vel quis indicaverit ei communem illam consuetudinem omnium ministrorum, ignore; hoc scio, quā plurimos DD. contradicere ipsius conclusio[n]em (quæ generaliter affirmat, quemlibet ministrum peccare mortaliter) omnes (inquam) qui docent solum ministrum ad id specialiter consecratum peccare mortaliter; nec aliud communis consuetudo ministrorum declarat.

Quare signanter in conclusione addi-di: Præfertim si ex officio &c. Et de illo dumtaxat loquitur Paulus V. in Rituale Romano Titulo de ijs, quæ in Sacramentorum administratione generaliter ser-vanda sunt, ibi: Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius aut utilius, nihilq; excellenter aut

158. Conclu-sio[n]e ex sudori-tate & ri-tuazione pro-babilis, no-tamen di-ceta. Jean. Pon-cius. Non te[n]d[er]e refundi[t]. Poncius obligatio[n]em gra-vem in jo[urn]al positivu[m].

159. Cur sit sp[irit]u possum[us] Conclu-sio[n]i: p[ro]p[ri]etati s[ecundu]m s[ecundu]m s[ecundu]m &c. Rati. Rom.

aut magis divinum habeatur, quam Sacraenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta; Parochus, vel quisvis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminiſſe in primis debet, se sancta tractare, atque omniſe temporis momento ad tam sancta administrationis officium paratum esse oportere. Quam obrem illud perpetuo curabit, ut integre, castæ, pieque vitam agat: nam eis Sacraenta ab impuris conquinari non possunt, neque a pravis manistris eorum effectus impediri; impure tamen & indigne ea ministrantes, in eterno mortis reatum incurunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalium sibi confessus (quod abit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde peniteat: sed si habeat copiam confessari & temporis locique ratio ferat, conuenit confiteri.

Non dixit: debet confiteri; quia tale preceptum divinum vel humanum non reperitur ad aliud Sacramentum, etiam recipiendum, praeter Eucharistiam, de qua specialiter id constitutus vel declaratur a Trident. Concilio Trident. l. 13, cap. 7. potius in ordine ad passivam illius receptionem, quam ad administrationem. Sufficit ergo contrito; quam si bona fide putat se sacerdos eliciſſe, poterit à novo peccato mortali per istam bonam fidem excusari.

Atque hæc sententia sic restricta est communissima, fundata in lumine naturali, quod dicitur graviter adversari reverentia Deo ac rebus sacris debita, quod hostis Dei ac Christi permanens voluntariè in statu tam indigno, trahet res tam sacras, quibus sanguis Christi sive ejus merita, ac vera sanctitas suscipienti communicatur, per actionem, ad quam ritè obeundam sit consecratus, & specialem potestatem ac sanctitatem accepit.

Solus, quem scio, Reverendissimus P. Merchant in suo Tribunal Sacramentali nullā innixus auctoritate & debiliteratione permotus, videri posset velle refragari. Nam tomo 1. Tract. 2. tit. 5. q. 1. conclusionem quartam, qua talis est: *Qui in peccato mortali actu existens confessiones audiit & absolvit penitentem, mortaliter peccat, sic explicat: Notanter (inquit) dixi (qui in peccato mortali actu existit) id est, qui in eo voluntate remanet, sive per actualem, vel virtualem malitiosam voluntatem, sive per complacentiam aut negligentiam; non enim illum actu in peccato mortali existere censio, quem revera de peccato mortali pœnitent, & jam ab illo aversus, voluntatem plenè ad Dominum conversam habet; et si tamen, ob morum adhuc insufficientem ad perfectam contritionem, in peccati reatu existat.*

Et q. 2. hanc ponit conclusionem secundam: *Nec confessarius tenetur ad perfectam Idem. contritionem, ita ut illius sit conscientius; saltem opinativè & probabiliter. Ratio (inquit) iterum est: quia non extat tale preceptum; præterquam eriam quod s̄pē sit in multis casibus moraliter impossibile: quis enim viā ordinariā se perfectè contritum judicare aut verè astimare potest? s̄pē etiam contingit, ut quis citò ad infirmum evocetur, ita ut non derur tempus aut medium, quo hujusmodi contritionem exciter, mente alijs forte, quæ ad hoc ministerium spectant, distracta.*

Quæris autem, ad quid ergo Confessarius teneatur? Respondeat, & est conclusio 3. Confessarius per se non tenetur nisi ad bonum & verum motum cordis, quo quantum in se est, de peccato dolet, s̄tque totaliter aversus ab omni voluntate peccaminosa cum conversione ad Deum, & proposito opportune confitendi. Ratio est: quia hoc sufficit ut dicatur se verè preparare ad gratiam, & facere quod in se est juxta præsentem obligationem. Hæc Marchantius, cui in omnibus non possum subscribere, ut patebit ex di-

cendis.

Sane quod attinet casum necessitatis: *Qui impugnat. Nemo potest ad impossibile obligari Reg. 6. de Reg. Juris in 6. Hinc in conclusione, ex Reg. 6. in 6.*
communi sententia, addidi illam restrictiōnem: *Absque necessitate; quippe cum Sacra- menta instituta sint in salutem animarum, non est irreverentia, si in extrema necessitate, ut subveniatur proximo, qui aliis sine Baptismo aut Absolutione moreretur, ministrentur à peccatore. Sic enim videmus multa fieri circa personam Regis vel Principis in casu necessitatis, quæ extra illum gravissimam irreverentiam continerent. Præceptum ergo charitatis proximi periclitantis preponderat præcepto Religionis; non quod possit in necessitate irreverenter tractari Sacramentum, sed quia ratione ipsius cessat irreverentia, quæ alioquin fieret.*

Ex quo tamen male infertur conclusio generalis, hoc est, id etiam esse licitum extra necessitatem, ut predictus. Auctor vindetur argumentari, & ante ipsum Valsq. 1. 2. q. 63. cap. 2. n. 9, in fine: *Quis (inquit) dicere audeat licitum non esse ministrare Sacramentum absolutionis petenti illud in articulo mortis per sola signa contritionis, etiam si sunt contraria de hac re opiniones? quod si licitum est ita succurrere existenti in periculo mortis, signum est alioqui sine tali necessitate licitum esse.*

160.
Cui senten-
tias se re-
stituta inno-
ratur.

Contraria
sententiaz
videtur pos-
ser P. Mar-
chant.

Quae isthac consequentia? Similis planè illi: licet ministratur agonizanti Sacramentum Baptismi in materia dubia, quando certa nequit haberi: ergo etiam sano homini & bene valenti, quando certa potest haberi. Quis Theologus sic argumentatur? Certè falsissimum est, ut ostenditur ex innumeris casibus in hac & alijs materijs moralibus, illud semper licere extra necessitatem, quod licet in necessitate.

163.
Responso
ad ratio-
nem Mar-
chantij.

Porro ad rationem Marchantij Respondeo, extare virtutem Religionis, quæ superpotita institutione Sacramentorum, jure naturali obligat ad dignam ac reverenter eorum ministracionem & susceptionem. Vel ergo non requiritur contritus existimata ad dignam susceptionem Confirmationis, Extremæ Unctionis, Ordinis & Matrimonij, quod est contra torrentem DD. sine ullo fundamento, & ab ipso Marchantio supra conclus. 3. negatur; vel etiam requiritur ad reverenter ministracionem.

Respondes cum Auctore allegato ne-gando paritatem & disparitas enim (inquit) magna est: qui Sacraenta vivorum suscep-tre debet, si peccati mortalis sit conscius, urgetur praecopo speciali de non ponendo obicem Sacramento & ejus effectui: unde necessariò aut confiteri debet aut conteri, Ita Ille.

164.

Ast interrogo, ubi extat tale præceptum? Facilius dicitur, quā ostenditur. Sanè haec tenus nemo aliud produxit, quā quod legitur apud Apostolum 1. Cor. 11. v.28. & 29. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi man-ducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

I. Cor. 11.

Præterea: minister tenetur facere quod vel quantum in se est, ut in gratia ministrare possit: potuit autem confiteri cum attritione, & conteri cum proposito confessionis. Ita sibi objicit Marchantius supra. Respondeo autem: Illud (quod vel quantum in se est) non debere intelligi quod omnia media, sed quod eā tantum, quae sine superaddito gravamine in ejus potestate sunt, nimis juxta modum, quo communiter peccatores à peccato averti solent, ubi singularē præceptum non est. Hic autem modus non est nisi per bonum cordis motum in Deum, & aversionem à peccatis, cum proposito opportuno tempore confidendi. Neque enim absque gravamine ad præceptum confessionis obligari quis potest, quod in sola perceptione Eucharistiae obligare declaravit Ecclesia; neque contritionis necessitate, quæ non est in potestate hominis omni tempore, etiam si præceptum de au-

dienda confessione pœnitentis urgeret. Huc usque Marchantius.

Contra: Non magis est in potestate hominis elicere contritionem, quando urgeat præceptum suscipiendo Eucharistiam, quam dum instat præceptum administrandi Sacramentum Pœnitentiae; ergo si peccator propter impossibilitatem exculcat ab irreverentia ministrando Sacramentum Pœnitentiae in malo statu sine contritione existimat, etiam excusatibus suscipiendo Eu-charistiam, cùm tamen Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. declareret, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalisi, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentalis confessione ad Sacrum Eucharistiam accedere debeat.

Ergo supponit Concilium hominem obligari faltem ad contritionem; adeoque eam esse possibilem cum gratia Dei, quæ non deest facienti quod in se est, iuxta commune Theologorum proverbiū: *Facient quod in se est, Deus non denegat gratiam, maximè ad actus supernaturales, quando aliquin jure naturali vel divino precipiuntur; nam (ut haberet Regula Juris supra relata) Nemo potest ad impossibile obligari.* Igitur si Deus obliget me ad actum supernaturale, debet subministrare gratiam necessariam ad actum illum eliciendum, alioquin omissionis illius non imputabitur mihi in peccatum. Proinde viā ordinariā, qui facit quod in se est ad eliciendam contritionem, verè & certò moraliter potest judicare & estimare se perfectè contritum.

Nec aliam dispositionem exigit communissima & verissima sententia ad ministracionem & susceptionem Sacramentorum: non quod nostra estimatio aliquid conferat ad rem & sanctitatem, si vera contritio non sit; quin immo contingere posset, quod qui magis contritus est, minus se estimet contritum; sed quia hæc estimatio possibilis est (scit enim unusquisque ob quod motivum doleat de peccatis) & reverentia debita Sacramentis videtur eam requirere tum ob sanctitatem ipsius Sacramenti, tum ob sanctitatem ministri, qui ad illud munus obeundum specialiter Deo est consecratus, & speciale à Deo accepit gratiam.

Ex dictis hac conculusione sequitur Pri-mo, peccare mortaliter contra Religionem, Sacerdotem in malo statu consecrantem, absolventem, inunguentem; Episcopum quoque, aut alium Sacerdotem ex commissione Papæ ordinantem vel confirmantem. Similiter Sacerdotem aut Diaconum ex commissione ejus solem piter baptizan-tem.

Dico

167.
Sacerdos in
malo statu
consecrat
absolvens
&c. peccat
mortalius

Dico *solemniter*: quia in articulo necessitatis (ait D. Tho. 3. parte q. 64. a. 6. ad 3.) non peccaret mortaliter baptizando in casu, in quo etiam posset laicus baptizare: sic enim patet quod non exhiberet se ministruum Ecclesie, sed subveniret necessitatem patienti. Qui à fortiori idem diceret de laico. Contrarium tamen non est improbable, & sequitur manifeste ex sententia Vafq. Lugonis & aliorum, qui (ut diximus supra) existimant sufficere sanctitatem Sacramenti, quae eadem dubio procul invenitur in Baptismo sive à Sacerdote, sive à laico, sive *solemniter*, si privatum ministratur.

*Supposita necessitate specialis confirma-
tio ad graviter peccandum, plurimi ad-
huc docent graviter peccatum baptizan-
tem non so-
lenniter.*

Imò vero etiam multis ex illis, qui docent necessitatem esse ad graviter peccandum, specialem consecrationem, displicet illa sententia D. Tho. idque quia tales accepterunt gratiam Ordinationis ad baptizandum, etiam non solemniter. Quid si enim Ecclesia non instituisset Baptismum solemnem, sicut potuit non instituere, an ideo Sacerdos extra necessitatem baptizans in malo statu non peccasset mortaliter? Potest quidem in necessitate conferri Baptismus à non consecrato; si tamen confertur à consecrato, quidni & consecratio & specialis gratia concurrent? Ceterè ideo Sacerdos Diacono, Diaconus carteris debet preferri, ut infra videbimus, ubi de ministro Baptismi.

Ex eadem diversitate sententiarum oritur, utrumque probabile esse, peccare scilicet, & non peccare novo peccato mortali contrahentes Matrimonium in malo statu, præcisè in quantum sunt ministri. Evidem à prudenti pendet iudicio, quæ in praesenti testimoni debet gravis irreverentia, & quæ levius: multi autem prudentes judicant tam ministracionem esse irreverentiam gravem, multi etiam levem. Omnes conveniunt Parochi tali Matrimonio assistenter & sponsos benedicente, non graviter in honore Sacramentum; quippe qui illud non ministrat, sed assistit tantummodo tanquam testis, sive notarius publicus ex voluntate Ecclesie essentialiter requisitus.

Et hinc

169. *Sacerdos probabiliter non peccat mortaliter audiende Confessio-
nem in pec-
cato morta-
li, modò contritus aboliatur.*

Sequitur Secundò, Sacerdotem probabiliter & verius non peccare mortaliter, audiendo confessionem in peccato mortali, modò contritus absolvat; quia ad mentem Doctoris Subtilis in sola absoluzione essentialiter consistit Sacramentum Pœnitentie. Per confessionem quidem applicatur materia absorolucionis, sed à pœnitente, confessario se habente merè passivè; posset siquidem absolvere, et si præter intentionem audivisset. Quamvis ergo auditio latè

sit actus judicialis, strictè tamen non est actio confessari, sed potius effectus actionis pœnitentis. Unde per illam auditionem non operatur aliquam gratiam, sed est quid requisitum, ut per absolutionem, quæ est propria ejus actio, suo modo sanctificet. Cumque pœnitens pro tunc non debeat esse in gratia, imò nequidem attritus (suffici quippe, quod ante absolutionem doleat) cur id requiratur in alio, qui materiam istam admittit?

Ita interrogat quidam recens Scriptor, & prosequitur: Materia ista non est ita collativa gratiæ ut forma: nam si esset, cur pœnitens non deberet esse pro tunc in gratia? sicut in Baptismo videtur debere Sacerdos esse in gratia & dum abluit & dum formam profert, cum utrumque sit æquè collativum gratiæ. Alioquin dici possit sufficere, ut sit in statu gratiæ instanti collationis gratiæ sive prolationis ultima syllabæ. Evidem quis conyinset ita dicentem? Tamen amplius refutatur, quia minister debet esse in statu gratiæ quatenus ex officio confert gratiam, quod facit etiam dum incipit ponere partem: nam omnes partes æquè sunt collativæ gratiæ; neque ipse confert gratiam, nisi quatenus conficeret signum gratiæ, quod æquè competit toti Sacramento. Hactenus ille.

170. *Ait contra: quando pœnitens absolvitur, quando baptizatur infans vel adultus, non debent esse in gratia, & tamen in absolvente vel baptizante ex officio id requiritur.*

Præterea, esto confessio sit pars essentialis Sacramenti, adeoque causativa gratiæ; num ideo bene sequitur: absolvens debet esse in statu gratiæ; ergo etiam confitens? Minime. Et si causam queris, audi quare: confitens ponitur in statu gratiæ per ipsum Sacramentum; secus absolvens. Quid si enim quicquam se ipsum validè posset baptizare aut absolvere, numquid requiretur status gratiæ ante completum Baptismum aut Absolutionem? Quomodo ergo erunt Sacraenta mortuorum? Communicet aliquis se ipsum, nonne ante communioinem debet se probare per confessionem, aut saltem per contritionem? Quis ambigat? quippe Sacramentum est vivorum, quod per se non confert primam gratiam, sed presupponit illam in subjecto.

Sic ergo Sacramentum Pœnitentie aut Baptismi presupponit quidem gratiam in conferente, sed non in suscipiente. Optima igitur disparitas inter ablutionem & confessionem est, quod in ista Sacerdos habeat se activè, in hac vero (ut dixi) solùm passivè:

passivè; vel in sententia Scotistarum, quòd Baptismus essentialiter consistat in ablutione & prolatione formæ, Pœnitentia autem in sola absolutione.

171.
Sacerdos extra statū gratis Eucharistiam distribuens, peccat mortaliter.
Est contra Vasquez Lugonem &c.

Sequitur tertio probabiliter peccare mortaliter Sacerdotem, qui extra statum gratiæ distribuit Eucharistiam, eti ab alio confectam. Ita passim Theologi, reclamante Valq. disp. 136. cap. 3. n. 39. quem sequitur Em. Lugo disp. 8. n. 155. cum nonnullis alijs, quos refert Diana tomo 1. de Celeb. Miss. resol. 23. probabiliter contrarium opinantibus, eò quòd non conficiat Sacramentum, nec proximè sanctificat tanquam minister Christi, ut in alijs Sacramentis; sed solum localiter applicando Sacramentum, quod eodem modo daret gratiam eti applicatum fuisse à laico vel amente. Neque enim communicans alios est causa moralis gratiæ, id est, movens Deum ad dandam gratiam; quamvis alio sensu minus proprio possit dici causa moralis, quia videlicet applicat Eucharistiam ex intentione sanctificandi; sicut qui inducit Presbyteros ut ungant infirmum, appellatur causa moralis illius unctionis.

Nec obstat, quòd Sacerdos ad hoc sit consecratus, quia (secundum illos Doctores) consecratio per se non inducit obligationem, saltem gravem. Admittunt equidem actionem illam, quia aliquo modo sancta, proveniens à ministro ad illam ordinato, exigere aliquo modo sanctitatem ministri; non tamen ita graviter, ut ipsa confessio Sacramenti. Hæc pro sententia Vasquelij.

172.
Probatio ex autoritate praestitum Pauli V.

Contraria (quæ est communior in scholis) specialiter fundatur in auctoritate: nam cap. fin. 16. q. 8. Nicol. 1. exprefse agit de ministrante Eucharistiam. Vide verba in principio hujus conclusionis. Verum (ut superius notavi) Pontifex ibi non explicat malitiam mortalem, de qua sola hic controvertitur. Melius ergo probat auctoritate Pauli V. in Rituall Rom. Titulo supra citato, ubi postquam de indignè ministrantibus Sacramenta generaliter dixisset: In aeterna mortis reatum incurruunt; §. Ceterum, specificando Sacra menta, de quorum ministerio in generali egerat, & de quibus in speciali deinceps reflabat in Rituall agendum, inter cetera enumerat Eucharistiam; utique ejus distributionem: nam illa sola Parochis propria est: Ceterum (inquit) illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere prescribuntur; cuiusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, extrema Unctio & Matrimonium.

Et infra tractans particulariter de Sanktissimo Eucharistiae Sacramento statim in principio Tituli majorem exigit venerationem in ejus administratione, dicens: Omnibus quidem Ecclesiæ Catholicae Sacramentis religiose sanctiæ tractandis magna ac diligens cura adhibenda est; sed præcipue in administratione ac suscipiendo Eucharistie Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius & admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo continueatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipsem omnem gratiam & sanctitatis fons auctor, Christus Dominus. Atque illa erit ratio hujus probabilis opinionis, puta, quia Sacerdos sustinet personam Christi (cui proprium est nos perficere corpore & sanguine suo) in munere augustissimo, id est, in administratione dignissimi Sacramenti, ad quam specialiter est conformatus.

Propter eamdem rationem putant aliqui idem dicendum esse de Diacono ministrante Eucharistiam ex commissione Sacerdotis: nam (inquit) Diaconus etiam ordinatus, ut ex commissione Sacerdotis ministrat Eucharistiam: Diaconum quippe oportet ministrare ad altare, baptizare & predicare. Ubi sub ministerio altaris comprehendit potest distributio Eucharistie.

Alij excusant Diaconum à peccato mortali, causantes ipsum ad hoc non ordinari jure divino, seu vi Sacramenti Diaconatus, sed solum assumi ex concessione Ecclesie à Sacerdote committente: a quo (si id vellit Ecclesia) etiam posset delegari idem ministerium Subdiaconi, qui tamen idcirco non esset ad hoc ordinatus à Christo vi Subdiaconatus; & olim dabatur Eucharistia singulis laicis servanda in tempus opportunitum, & tunc proprijs manibus ori ingeneranda: quod & modò fieri posset, si Ecclesia judicaret expedire.

Itaque ad hoc munus jure divino solus ordinatur Sacerdos iuxta illud hymni matrimonialis officij SS. Sacramenti: Sic Sacrum istud instituit, cuius officium committi voluit sibi Presbyteris, quibus sic congruit ut sumant & dent ceteris: sic tamen, ut Deus non prohibuerit id alii rationabiliter communicari; prout de facto Ecclesia ita permittente, Sacerdos necessitate occurrente dispensationem Dominicæ corporis committere potest Diacono, quemadmodum olim Sixtus Pontifex commiserat dispensationem Dominicæ sanguinis B. Laurentio, ut legitur in divino officio Festi, Responsorio 4. Experire (inquit) utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominicæ sanguinis dispensationem.

Non itaque ex sua ordinatione habet potestatem.

An eadem
sit ratio ob
ligationis
Sacerdotis
& Diaconi

174.
Diaco^{nus}
non habet
ex sua ordi-
natione po-
tentiam di-
tribuendi
Eucha-
ristiam, qui
habet po-
tentiam ba-
ptizandi.

pote^tatem distribuendi Eucharistiam, uti^t habet potestatē baptizandi, sed dum-
taxat p̄r ceteris aptior est ad hoc mini-
sterium, quia peculiariiter consecratus in
ministrum immediatum Sacerdotis, adeo-
quā ad serviendum in rebus dignioribus;
Subdiaconus autem ordinatur ad mini-
strandū in alijs minus dignis, ut prōinde
Diaconus ministret soli Sacerdoti, Subdia-
conus autem Diacono. Et ita major causa
requiritur ut in hoc ministerio Sacerdos
utatur op̄erā Subdiaconi vel Laici, quām
Diaconi. Igitur per ministerium altaris
quod ex vi Ordinationis sūrē competit
Diacono, propriè intelligitur cantatio
Euangelij, & alia munia, quae ordinario jure
Diaconus obit in Sacrificio Missarū.

En probabilitate hujus opinionis magis
speculativa quam practicā, cūm rarissimum
hodie occurrat casus, iū quo Diacono datur
commisso ministrandi hoc Sacramentum.

Quæstio magis practicā est, an Sacerdos
supposito quod peccet mortaliter, tot com-
mittat peccata mortalia numero distincta,
adeoque in confessione explicanda, quot
sunt homines, quibus uno actu continuo
& successivo distribuit Eucharistiam. Sed
quia decisio non est hujus loci, elige quod
placet; nam utraque pars est probabilis.

Affirmativam tenet Dicatillo disp. 3.
n. 234. & plures alij, cōd quod singulæ di-
stributiones sint diverse actiones termina-
tæ & completae, non componentes unam,
sed omnino separatae: sicut si quis plu-
res homines occideret diversis iactibus, con-
tinuò tamen & successivè: similiter si
pluries, sed continuò fornicaretur, nemo
dubitatur quin committeret plura peccata
numero distincta sigillatim in confessione
explicanda; imo (secundū illos Auctores)
et si plures unico iactu occideret.

Nihilominus negativam partem docent
Tannerus, Henriquez, quos respert & se-
quitur Diana parte 1. Tract. de Circum-
stantijs resol. 41. Eamdem sustinet Mar-
chantius Tomo 1. sui Tribunalis Tract.
3. Tit. 4. quest. 2. conclus. 2. Reg. 2.
vocans aliam opinionem intolerabilem.
Ratio ipsius est: quia omnes illa distri-
butiones ad unum numero ministerium in-
tegrale, sive ad unam actionem moralem
spectant. Distributio enim illa sive mini-
sterium naturā suā non determinatur ad
unam hostiam, quemadmodum occiso aut
fornicatio; sed per modum eōne & con-
vivij postulat, ut omnibus ad mensam se
präsentantibus eodem ministerio sacrati-
fissimus cibis apponatur. Unde Christus
Apostolis accumbentibus dicebat per mo-

dum unius ministerij: Comedite ex hoc om-
nes: bibite ex eo omnes, et si successivè sin-
guli, etiam de manu ejus, acciperent.

Probat à simili: Caupo qui mensam ap-
ponit in tempore prohibito, vel prohibitis
cibis instrūctam, cūm per modum unius
convivij apponat, ex ratione ministerij,
etiam si viginti homines accubant, tan-
tum unum peccatum committit.

Simile profecto nimium claudicans.
Enimverò apponere mensam est actus de se
indifferens, & peccatum dumtaxat scandali,
idq̄ indirecti, nisi caupo positivè
intendat violationē jejunij, aut inciter
vel urgeat ad comedendum, quo casu ad-
mittit Marchantius esse plura peccata. Dico
(inquit) ex vi ministerij & appositionis;
aliud enim est si singulos ad comedendum
incitaret aut utigeret. At cur hoc? Nonne
etiam ad rationem ministerij spectat invi-
tare convivas ad comedendum & biben-
dum?

Dices: Quia invitando est positiva causa
cur singuli illi peccent. Esto; etiam appo-
nens mentam est cauta, saltem negativa, cui
imputantur omnia illa peccata, que à co-
medentibus committuntur, quia potuit &
debet impedire, & non impedivit.

Respondes, appositionem esse unicum
actum moraliter. Sed contra: etiam invi-
tatio potest esse unicus actus; nam possunt
omnes simul una voce invitari: deinde
quamvis singulatim omnes invitarentur,
cūm sit unicum convivium, moraliter erit
una invitatio.

Assiginet ergo Auctor ille differentiam
inter appositionem & invitationem, cur
magis hac sit multiplex peccatum, quām illa;
& forecādem reperietur inter appo-
sitionem & distributionem Eucharistie in
malo statu, que est actus intrinsecē malus,
& multiplex numero saltem physice.

Cateroquin cūm ipsa expōsītio Vene-
rabilis in loco ordinario communicantium
sit quasi appositio mensæ, et si quis distin-
ctis horis Eucharistiam distribueret, uni-
cum solum committeret peccatum; quod negat
Marchantius supra in fine istius Re-
gule, dicens: Si pluribus vicibus mora-
litas à se invicem distinctis fe praefert,
sicut censetur in peccato mortali multiplicare
ministerium, sic censetur multiplicare
peccata. Sicut si quis in Natali Domini
tres Missas in peccato mortali celebrarer,
ter peccatum mortale committeret. Similiter
qui tribus distinctis temporibus se distri-
butioni Sacra Communionis, aut Cōfessio-
nibus audiendis in peccato mortali expone-
ret, pro ratione triplicis ministerij distincti

Probatur à
simili,

177.
Reprobatur
simile,

178.

A a

tria

tria peccata mortalia incurreret. Hæc ille.

Sed quæro ego : quæ sunt illa tria tempora? Altum silentium. An forsitan tres distincti dies? An tres horæ? an tres quadrantes unius hora? Quid si per triduum continuum maneat Sacramentum expositum? An toties peccabit, quoties de novo egreditur? Quid si ergo maneat per totum diem in altari & primâ horâ accedit unus, secundâ alius; tunc manens in sede confessionali nunc unum absolvit, post quadrantem alium? Num recessus à sede erit necessarius ad multiplicationem peccatorum? Quid si Sacerdos in Natali Domini tres Missas celebet uno actu continuo & successivo non recedens ab altari?

Et (ut revertamur ad cauponem) quid si mensa stratâ & cibis appositis, singulorum convivantium ori cibos ingereret, effervesce unum numero peccatum? Quid si hanc horâ unus accederet, sequenti horâ alius; annè plures peccasset capo? Quid si plures successivè accederent indignè ad hoc Sacramentum, numquid minister absque multiplicatione peccatorum multiplicabit distributiones?

179. Sed pergamus cum Marchantio: Idem (inquit) censendum est de eo, qui se exposuit ad audiendas confessiones; etiam si centum successivè se presentent, & ab eo in peccato mortali existente absolvantur, upum tantum peccatum mortale committit: quia ministerium & actionem naturâ suâ communem omnibus accedere voluntibus exercet, quam explicamus per verbum: pro tribunali sedere: iudicium facere: causas dicere.

Confirmat Primò, exemplo judicis sacerularis. Secundò, exemplo Baptismi, in eo, qui per modum aspersionis plures simul baptizaret. Verum hæc exempla & quæ dubia sunt, & tam facile afferitur in illis commiti plura peccata, quam unum. Ponamus quippe judicii alicui inferiori prohibitum esse per superiorē ullam causam judicare; nihilominus sedet pro tribunal, judicat decem; quidni committat decem peccata? Certè non video rationem convincentem contrarium, cùm sint judicia omnino distincta.

Dato quoque in tali Baptismo non reperiri nisi unicum peccatum, adhuc disparitas est, quod unicus solum sit actus, qui an possit habere plures malitias numero distinctas, alio loco à DD. disputatur probabiliter in utramque partem; in casu autem principali sunt plures numero distributiones: sicut quando plures successivè baptizantur,

sunt plura Baptismata: quidni etiam plura peccata, si minister solemniter baptizans non est in statu gratiae?

Eodem loco præmemoratus Author docet, celebrantem Missam in peccato mortali, non peccare tribus peccatis ex eo quod in mortali consecret, in mortali communict, & in mortali illam populo distribuat, sed tantum uno: quia hi omnes actus eundem numero ministerij & celebrationis seu actionis sacrae partes sunt, quibus perficitur quoad integratam. Unde sufficit Sacerdoti explicare, quod Missam in peccato mortali celebraverit.

Similiter (inquit) qui Baptismum administrat solemniter, eti plures actus Sacramentales concurrent, ut Exorcismi, Unctiones, Ablutio &c. tantum unum peccatum committit, quia illi actus ex institutione Ecclesie actionem principalem Baptismi concomitantur.

Sed quis non videat discrepantiam inter actus concomitantes Baptismum ex una parte, & consecrationem, sumptionem ac distributionem Eucharistie ex altera? Nam actus concomitantes Baptismum, ut Exorcismi, Unctiones &c. scilicet sumptu non sunt materia peccati mortalis: at vero consecratio scilicet sumpta constituit peccatum mortale, similiter sumptio & distributio Eucharistie. Atque contingere potest, ut quis in peccato mortali consecret, non autem communicet scilicet aut populum; & vice versa ut non consecret in mortali, licet communicet scilicet vel populum in mortali. Cur ergo non pecet triplici peccato, qui in eadem Missa consecrat in mortali, communicat in mortali, & distribuit Eucharistiam in mortali?

Fateor: sufficienter confitetur Sacerdos, qui consecravit & sumpsit Eucharistiam in mortali, dicendo: Celebravi Missam in peccato mortali; siquidem absque consecratione & sumptione non celebratur Missa: ergo etiam qui consecravit, sumpsit & distribuit Eucharistiam in peccato mortali, sufficienter confitetur dicendo: Celebravi Missam in peccato mortali; negatur Consequentia: nam sine distributione Sacrificium essentialiter & integraller est completum, & hodie frequentissime celebratur Missa absque distributione Eucharistie; ergo Confessionarius ex istis verbis non intelligit distributionem in peccato mortali, esto intelligat consecrationem & sumptionem. Hæc longius, quæ res hoc loco postulet. Tranfuso ad alia.

Sequitur 4. non esse peccatum mortale in statu peccati mortali elevare cum reverentia

Non est
peccatum
mortale
in statu
peccati
mortali
elevare
cum rever-
entia

mortalis
elevare in
mortali ho-
stiam sa-
cram à ter-
ra.

183.
Nec ben-
dicere Cor-
poralia &c.

Nec confi-
cere sacra-
menta Chri-
stis cui tamen
contradic-
tum Lugo.

184.
Disparitas
inter Sacre-
dotem in-
unguentem
& Episco-
pam con-
ficien-
tem Chri-
stis;

Item inter
conferan-
tem Eucha-
ristiam &
benedicen-
tem oleum.

rentia hostiam sacram à terra ; veluti si quis peccator Christum degentem in terris visisset lapsum , & cum reverentia porrectâ manu eum levasset. Præterea transferre de loco ad locum , aut cum eadem benedicere populum . Ratio patet : quia hæ actions non sunt administratio Sacramenti. Ex qua ratione .

Sequitur 5. Episcopum extra statum gratiae benedicentem corporalia , consecrare Ecclesiæ aut calices , non peccare mortaliter ; quia ethi ad ista munia sit consecratus , non conficit tamen verum Sacramentum nomine Christi.

Idem dicitur de Episcopo conficiente sacram Chrismam , vel benedicente oleum pro infirmis , quidquid contradicit Card. Lugo supra n. 156. motus hac ratione ; quia licet per consecrationem Chrismatis & benedictionem olei non perficiantur Sacra- menta Confirmationis vel Extremæ Unctionis , incipiunt tamen fieri per illas ; quippe constituitur oleum in ratione materiae validæ , sicut per formam Baptismi consti- tuitur aqua in ratione materiae Baptismi . Sicut ergo consecrans Eucharistiam debet esse in statu gratiae , licet tunc Sacramen- tum non apparet ; quia nimis ponit ma- teriam proximam , que postea quando ap- plicatur dat gratiam : ita etiam Episcopus consecrans Chrismam , ponit materiam Sa- cramenti , que postea dat gratiam ; etenim postea non datur gratia solum intuitu ver- borum vel unctionis , sed etiam intuitu Chrismatis vel olei benedicti ; atque adeò intuitu benedictionis præterea : ergo Epis- copus benedicent non minus sua actione concurrit ad sanctificationem eorum qui unguntur , quam Episcopus vel Presbyter ungens.

Respondeo negando consequentiam : quid enim clarius , quam Presbyterum un- gentem confidere Sacramentum , quod proxime & per se sanctificat ; Episcopum vero benedicentem preparare dumtaxat materiam remotam , que non sanctificat , neque est pars Sacramenti , nisi quando novâ & distinctâ actione à Presbytero applicatur ? Que ergo similitudo inter aquam Baptis- mi , que per formam constitutus actualis pars Sacramenti , & oleum benedicendum , quod forte nunquam causabit gratiam de- fectu unctionis ? Ceterè perexigua .

Et minor , in modo nulla , inter conferantem Eucharistiam , & benedicentem oleum ; nec enim ideo consecrans debet esse in statu gratiae , quia Sacramentum applicatum est causativum gratie sanctificantis , sed quia actu conficit Sacramentum , causans mora-

liter omnis gratiae fontem , Corpus scilicet & Sanguinem Christi sub speciebus panis & vini.

Sequitur 6. pariformiter dicendum esse , cum DD. communis , de Clericis mino- rum Ordinum exercentibus in malo statu Non pec- cant mortali- ter Cle- ricis mino- rum Ordinum , nec Subdiaconi- nus aut Diaconus ministrans tes.

Sequitur 5. Episcopum extra statum gratiae benedicentem corporalia , consecrare Ecclesiæ aut calices , non peccare mortaliter ; quia ethi ad ista munia sit consecratus , non conficit tamen verum Sacramentum nomine Christi.

Nihilominus irreverentia non videtur excedere latitudinem peccati venialis ; quia isti verè non administrant Sacramentum.

Idque verum existimamus (secluso scandalo & contemptu) eti si pius fieret ; quippe nec multiplicatio venialium , nec voluntas plura peccata venialia committendi , facit mortale , nisi obiecta coalescant , quod hic non fit ; vel nisi immineat periculum proximum peccandi mortaliter , quod utique abesse potest.

Et ita intelligendus est D. Aug. Epist. 108. ad Seleucianam , ubi in fine sic ait :

Neque enim ea nobis dimitti volumus , que di- misa non dubitamus in Baptismo ; sed illa utique , que humana fragilitati , quamvis parva , tam crebra subrepunt . Quæ si collecta contra nos fuerint , ita nos gravabunt & oppriment , sicut unum aliquod grande peccatum , ad quod disponunt .

Etenim (juxta D. Gregor. parte 3. Past. ad mon. 34.) fit plerumque ut mens assueta malis levioribz , nec graviora perborrescat , atque ad quamdam autoritatem nequit per culpis ini- trita perveriat . Telle siquidem Ecclesiastico cap. 19. v. 1. Qui spernit modica , paulatim de- cedit . Unde D. Aug. verbis jam citatis sub- jungit : Quod enim interest ad naufragium , utrum uno grandi fluctu navis operatur & obruiatur , an paulatim subrepens aqua in sentinam , & per negligientiam derelicta atque contempta , im- pleat navem atque submerget ?

Quod alijs verbis sic explicat lib. 50.

Homil. Homil. ultima c. 8. (alijs cap. 3.)

Que (peccata venialis) quamvis singula non

lethali vulnera ferire sentiantur , scilicet homici- dium & adulterium , vel cetera huiusmodi , tamen

omnia simul congregata , velut scabies quo plura

sunt recant , & nostrum decus ita exterminant ,

ut ab illius sponsi specie formâ praesiliis hominum

castissimi amplexibus separant , nisi medicamento

quotidianâ penitentia discentur .

Non quod Sanctus Doctor velit , plura

illa venialia per se esse mortalia secluso

scandalo , contemptu & periculo gravioris

peccati ,

A a 2

Posito quod peccant su- venialiter & taliter solim de- linquent fage repe- tentendo.

S. Greg.

Ecli. 19.

Qualiter in-
telligendus
fit D. Augu-
stinus de re-
petitione
actu ve-
nialiter
peccanti-
noi.

82.

peccati , ad quod sunt proxima dispositio : sed quia (ut loquitur Ser. 41. de Sanctis)

Idem. Licit illis peccatis occidi animam non credamus; ita tamen eam velut quibusdam pustulis & quasi horrende scabie replete deformem faciunt, ne ad amplexum illius sponsi celestis aut vix antea cum grandi confusione permittant. Et ideo contumacis orationibus & frequentibus ieiuniis & largioribus elemosynis, & pricipue per indulgentiam eorum, qui in nos peccant, assidue redimantur, ne forte simul collecta cumulum faciant, & demergant animam.

Demergant (inquam) nonne in infernum ? Nequaquam ; sed in ignem Purgatorij, de quo ibi agit Aug. addens : Quidquid enim de istis peccatis a nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est, de quo Apostolus dicit, quia in igne revelabitur. Et si cuius opus arserit, detrimentum patietur.

Et sane si venialis multiplicata per se constituisse mortale , affigat aliquis certum numerum illorum peccatorum; alioquin semper erimus incerti an mortaliter peccemus, otiosè v.g. mentiendo, immo semper peccabimus mortaliter, quia semper exponimus nos periculo mortaliter delinquenti , quae sunt haec tenus inaudita. Itaque si semel aut bis cantare Euangelium in malo statu non est grave delictum , neque erit centesima vice, nisi (ut dixi) ratione scandali , aut certe periculi gravioris mali.

Cæterum Vafq. disp. 136. cap. 4. n. 45. dicit se non videre, quæ ratione, si nullum de hac re extet preceptum, venialis etiam peccati rei sint Diaconi & Subdiaconi , qui in peccato mortali ministrant. Neque ego video; nam omne peccatum (ut ibidem Vafq. notat) est transgressio legis.

Præterea (inquit) si aliquius peccati rei essent, mortalis culpa reatum incurrenter; neque enim levius actio censeri debet cantare solemniter Epistolam aut Euangelium; alioquin Diaconi & Subdiaconi suspensi aut excommunicati non peccarent mortaliter , nec consequenter incurrenter irregularitatem , si semel aut iterum solemniter fungantur suis munib; quod est contra omnes.

Respondeo solemniter cantare Epistolam vel Euangelium esse materiam leven in ordine ad preceptum naturale religionis de non ministrando rem sacram in statu peccati mortalis , propter minorem sanctitatem , quam in se habet; hoc tamen non obstat, quin jure positivo possit graviter prohiberi. Neque enim omnem obligacionem lex naturalis per se determinavit, sed hominibus data est potestas ut, ubi etiam nulla est obligatio naturalis , positivam sub

mortali imponant; magis, ut gravem superaddant levi praexistenti. Enimvero distractio voluntaria per longum tempus in recitatione officij non præcepta, est solùm culpa venialis ; quia continet levem irreverentiam contra sanctitatem illius actionis : equidem accedente præcepto humano sit materia gravis , sufficiens ad peccatum mortale.

Simile reperitur in peccatis factis in loco sacro , quæ quidem ex sanctitate loci contrahunt aliquam malitiam venialem sacrilegi, raro tamen mortalem , ubi specialis prohibitus legi Ecclesiastica non intervererit : propter quam utique placita secularia , & alia que referuntur in Cap. *Decet de Immunitate Eccles. in 6. sacrilegia sunt mortalia vel venialia pro ratione materia in se consideratae antecedenter ad aliquam legem. Fieri autem potest, ut materia in se gravis , respectu diversatum legum gravis sit & levis , v.g. auditio Missæ est materia gravis respectu legis Ecclesiasticae , quia multum conducit ad profectum spiritualem uniuscujusque , qui est finis istius legis : & idem esset si in aliqua Religione talis auditio singulis diebus præcipetur. Porro si præcipiat per legem civilem tanquam medium ad bonam gubernationem Reipublicæ , censetur materia levis , quia licet finis gravis sit , tamen illa auditio parum conducit ad ejus consecutionem. Quid si ergo & ipse finis esset levis ?*

Sic igitur in præsenti solemniter cantare Euangelium vel Epistolam , ex se est materia sufficiens & capax gravis obligacionis, tanquam principalis actus Ordinis Diaconatus aut Subdiaconatus ; cumque plurimum conducat ad finem legis Ecclesiasticae suspensionis aut excommunicationis (ut consideranti liquet) dubio procul graviter delinquit Diaconus vel Subdiaconus exercens tales actus sibi per suspensionem vel excommunicationem prohibitus : è contra verò lex naturalis , cum solidū respiciat sanctitatem actionis , dictat parvam esse irreverentiam actionem istam exercere in statu peccati mortalis , quia sanctitas ejus parva est in comparatione actionum sacramentalium , qua sunt cause efficaces gratiae sanctificantis.

Objicte Primò : Graviter probabet omnibus Clericis ministrare in Ordinibus susceptis ante poenitentiam de peccatis gravioribus , c. ultimo de Temp. ordin. *Quæsum est (inquit Gregor. IX.) de Sacerdotibus vel alijs Clericis , qui post reatum adulterij, periurij , homicidij vel falsi testimonij , bonum conscientia recta perdiderunt. Et infra: Responsum*

Non videt Vasquez, cur Diaconus minister in mortali peccati ve- nialiter , si nullum de illare extet preceptum. Non ictè tamen sensit, si aliquius peccati rei forent, mortalis culpa reatum incursum.

183.

189.
Objetto prima ex jure graviter inhibebat Clericis ministratæ ante pacificatentiam. Greg IX.

^{12m.} ^{190.} ^{191.} ^{192.} ^{193.}

deimus si non panituerint, monendi sunt, & sub intermissione divini iudicij obtestandi, ut in testimonium sua damnationis, in suscepis etiam Ordinibus non ministrarent. Et cap. ultimo de Cohabitatione Clericorum, idem Pontifex ad eandem questionem sic respondet: Verum est quendam pro mortali peccato, quoad se ipsum constet esse suspensum &c.

Respondet Pontificem ibi specialiter talem ministracionem non prohibere (ut patet ex verbo monitionis) sed indicat sollem obligationem naturalem non ministrandi; non quod in singulis actionibus singulorum Ordinum sit novum peccatum mortale (quis enim credit Acolythus portantem cereos, & Ostiarium aperientem ostia templi peccare mortaliter?) sed quod sit aliquod peccatum, & quidem grave ex genere suo, quod ob timorem divini iudicij sit vitandum; ne dum exterius profitemur sanctitatem, quam debemus habere & non habemus, nos ipsos coram Deo condemnemus, juxta illud Apostoli ad Rom. 2. vi. 1. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, que iudicas. Et infra v. 3. Existimas autem hoc a homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facies ea, qua tu effugies iudicium Dei? Unde non dicit Pontifex eos ministrare in damnacionem suam, sed in testimonium sua damnationis.

Forte etiam (ut advertit Emin. Lugo disp. 8. n. 147.) in illis textibus sermo est non de singulis actionibus istorum Ordinum, sed de toto officio & exercitu, quod absque gravi peccato esse non poterat, quia juxta antiquos canones, qui nunc etiam ex parte obseruantur, ministri saltē altaris communicabant in Missa Solemni de manu celebrantib; ut ex can. 9. Apostolorum & decreto Anacleti Papae & multis Auctoribus obseruat Suarez disp. 69. de Euch. sect. 3. §. Ad secundum.

^{2. Reg. 6.} Objectiones Secundū: Legimus Deum morte corporali punivisse Diaconum ministrantem in peccato mortali, Spec. Exempl. dist. 9. exempl. 110. ergo ministrando peccabat mortaliter.

Respondeo negando consequentiam Primō; quia Deus morte corporali potest puniri peccatum veniale. Sic videtur punivisse Ozam 2. Reg. 6. eo quod tenuisset arcā, quoniam calcitrabant boves & declinaverunt eam. Quin imo justè infligunt mortem temporalem filiis innocentibus ob peccata parentum, Exodi 20. v. 5. Ego sicut Dominus Deus tuus fortis & zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Patet in filio Davidis nato ex adulterio 2. Reg. 12. v. 14. Veramamen

quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc filius qui natus es tibi morte morietur.

Quanto potiori iure (& hæc sit secunda responsio) potuit Deus punire morte temporali peccatum luxuriæ præteritum, in quo Diaconus ille ministrabat? Evidem per illam impudentiam, licet non mortalem, demeruit remissionem, vel dilationem supplicii, quod jam meruerat.

Petes, quid dicendum sit de concionante in statu peccati mortalis? Responsio plena est ex iam dictis de Diacono & Subdiacono. Si tamen peccatum sit publicum, natum est exinde sequi grave scandalum in populo, adeoque gravis culpa in ejusmodi concionatore. Ita quidam recens Author.

Sed cupio doceri, quod sit illud scandalum, quod præcisè oritur ex concione hominis peccatoris: vel enim est temerarium judicium, quo populus judicat concionatorem dicere & non facere; quis autem credit judicium temerarium, quo iudicatur res luce meridiana clarior? vel est fornicatio v. g. aut aliud peccatum, ad quod auditores inducuntur exemplo concionatoris; & hoc non oritur præcisè ex concione, sed ex mala vita præcedente omnibus cognita; vel certè foret non fructificatio in populo; & quis nescit concionatorem pium & sanctum quandoque nullum aut parvum fructum facere, etiam aliquando suā culpā, v. g. propter ridicula, quæ miscet verbo Dei? nemo tamen propterā arguit ipsum mortalis scandali.

Non video ergo quæ sit illa ruina spirituali proximi tam gravis, quæ nata est sequi ex tali concione, nisi forte contemptus formalis verbi Dei, qui ordinariè non interfuerit; sed potius admiratio & iusta indignatio contra hujusmodi concionatorem, ut qui prius deberet facere quam docere, exemplo Christi qui caput facere & docere, audeat publicè docere & dicere, quæ in conspectu totius populi non observat;

Ut ut sit de scandalo, quod ordinariè natum est sequi, haud dubito, quin aliquando ex hujusmodi concionibus, aut certe vita concionatoris, grave possit generari scandalum, apud hæreticos maximè & infideles, qui judicant populum cum Sacerdotie; juxta communem verbum Regis ad exemplum rotus componitur orbis. Vilipendunt quaque & derisuhabent Christianam Religionem, falsam existimantes ejus doctrinam, cui concionator non solum non conformiter, sed multum disformiter vivit.

Propter hæc & similia merito D. Aug. lib. 2. contra Epist. Parm. cap. 10. (& habetur

192.
Non peccat
mortalis
in malo sta-
tu praedi-
cans,

Non appa-
ret qualitas
promiscuè
ex scandalo
dato morta-
liter peccata

193.

A a 3

190 Disp. I. De Sacramentis in genere.

habetur can. Omnia 1. q. 1.) Omnia (inquit) Sacraenta cum obsint indignè tractantibus, prostant tamen per eos dignè sumentibus: sicut & verbum Dei. Vnde dictum est: quia dicunt facie, que autem faciunt, nolite facere. Ubi annumerat concionatores ministri Sacramentorum; quia tamen Sacraenta majorem continent sanctitatem, quam conciones, que solum remotè disponunt hominem ad veram gratiam sanctificantem; hinc sit ut ministri Sacramentorum ad id specialiter consecrati peccent mortaliter administrando Sacraenta in malo statu; concionatores autem concionando solum venialiter per se loquendo.

Et sane non minus peccat minister Sacramentorum ministrando indignis, quam ministrando indignè. Pro quo pono hanc conclusionem.

CONCLUSIO XII.

Ministrans indigno quodcumque Sacramentum peccat mortali sacrilegio, & saepe scandalo, nisi justa causa excusat.

194. **P**er indignum intellige eum, qui quidem suscipit verum Sacramentum, sed non gratiam Sacramentalem propter indispositionem. Probatur autem prima pars conclusionis ex Scriptura Matth. 7. v. 6. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte concilient eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.*

Ratio Conclusionis.
Matth. 7.
I. Cor. 4. Ratio est: qui ministri Sacramentorum sunt dispensatores mysteriorum Dei, teste Apost. 1. Corint. 4. v. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei.* Et addit: *Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inventetur.* Porro fidelitas dispensatoris in hoc maximè elucet, quod dispensatores Domini sui juxta ejus voluntatem, id est, sic ut habeant effectum, ad quem à Domino ordinatae sunt. Alioquin & facit injuriam Domino, & rei quam male dispensat.

Quemadmodum ergo suscipiens Sacramentum indignè (ut dicimus sectione sequenti) peccat graviter contra Religionem, quia facit contra reverentiam debitam, impediens effectum Sacramenti; ita etiam indigno Sacramentum administrans. Quod graphicè expressit D. Chrysoft. Homilia 60. ad populum Antiochenum his

verbis: *Inhumanus accedit nemo* (loquitur s. Ambrosius de Sacramento Eucharistiae; eadem autem est ratio de alijs Sacramentis viorum & mortuorum respectu ad suam dispositionem) *nemo crudelis & immisericors, nemo prossus immundus.* Hæc ad communicantes dico, & ad vos ministrantes. Nam & ad vos sermonem convertere necessarium est, ut multo cum studio hec dona distributias. Non parva vobis imminet ultio, si quenquam, illius culpa conscius, huius mensa participem esse concedatus; sanguis eius de manibus vestris exquiretur; sive quis dux militia sit, sive Prefectus, sive Princeps diadema coronatus, indignè autem accedit, prohibe, maiorem illo potestatem habes. Propriea vos Deus hoc insignis honore, ut talia discernatis.

Profectò si Sacerdos graviter peccat contra reverentiam debitam Sacramento, & contra officium suum, hostiam lacram v.g. projiciendo in terram, pedibus conculcando &c. quidni etiam porrigitudo indigno, qui non est nisi fœda cloaca omnium solidum? Sepulchrum patens (inquit Psalm. 5. v. 11.) est guttura eorum.

Quod attinet secundam partem conclusionis, scilicet peccatum scandali, noli de eo dubitare quando indignus, non paratus suscipere Sacramentum, posse invitat, ut in tali statu suscipiat: scandalum quippe actuum nihil est aliud, quam dictum vel factum minus rectum, præbens occasionem proximo peccati.

Dixi: *In tali statu*; quia non videatur illicitum generaliter omnes invitare ad susceptionem Sacramentorum, quamvis prævideatur aliquis indignè accessurus; siquidem non invitatur ut in malo statu suscipiat, sed ut dignè se disponat sicut potest & debet, ac ita dispositus accedat.

Exemplum habemus in Christo, qui omnes Apostolos invitavit ad Eucharistiam illis verbis: *Accipite & comedite: Bibite ex eo omnes, cum tamen optimè nosset Judas acceptum in malo statu.*

De quo ergo hic disputatur, est, an simpliciter ministrans Sacramentum indigno potenti semper peccato scandali. Ratio pro parte affirmativa sit: quia semper formaliter cooperatus peccato indignè susceptionis; debuit siquidem hic & nunc (ut suppono) peccatum illud impedire; ergo omissione minus recta est causa ruinae proximi.

Et quidem admisso gratis (de quo hic non disputo) actum extermum malum superaddere novam malitiam formalem actum interiori, non dubito de veritate. Quia tamen contrarium probabile est & magis communis.

commune, videlicet actum exteriorem per se loquendo non augere malitiam voluntatis internae, idcirco teneo dari posse causum, rarissimum licet, in quo ministrans indigno non peccet peccato scandali; ideoque in conclusione notanter posui ly *sape.* Casus autem est, quando proximus ita paratus est accipere Sacramentum, ut mala eius voluntas propter meum ministerium haud mutetur ex ineffaci in efficacem, neque magis intendatur aut diutius contineatur.

Enimvero in his circumstantijs, quæ rarissime occurunt, non video, licet etiam accederet positiva invitatio; non appetat (inquam) cur ministrans tali indigno debat dici peccare peccato scandali, quandoquidem ex tali ministerio aut etiam invitatione, nullum proximo sequatur spirituale detrimentum.

Objicies Primò: Communis calculo Doctorum reus est peccati mortalis scandali, qui à maleficio, quantumvis parato, petit ut maleficium maleficium tollat: cuius ratio redditur, quod maleficium id justè exequi nequeat; & quantumvis paratus esset, hoc tamen numero peccatum ipso non potenter nequamperpetraret; & licet voluntatem perpetrandi haberet, non exqueretur, nisi hic induceret; que omnia locum habent in casu proposito.

Responso: supponit quidem communis sententia talentum peccare, sed peccato maleficij, utpote qui positivè illud vult, secus peccato scandali. Vel si aliqui sint, qui expressè afferant peccatum scandali, dico intelligi debere, ut aliquid probent, fuisse locutus in opinione, quæ actu extero tribuit speciam malitiam; aut certè non in circumstantijs à nobis supra requisitis; quæ, quia vix (ut dixi) simul omnes reperiuntur, ideo fortassis generaliter admittunt malitiam scandali in tali invitatione.

Idem dicendum iudico juxta principia posita de illo, qui induceret meretricem publicam jam omnimodè paratum ad fornicandum, ut peccet secum vel cum tertio similiter parato.

Objicies Secundò: si duo essent ad pugnam parati, non possem sine peccato contra charitatem illis subministrare instrumenta, vel hortari ad pugnam exterijs. Respondeo: sine peccato proprio scandali, nego; sine alio peccato contra charitatem, concedo. Et assigno disparitatem, quia per pugnam exterijs infertur nocumentum corporale alteri vel utriusque parti, quod caritas dictat removendum, quan-

tum commode fieri potest; in alijs autem casibus non infertur nisi nocumentum spirituale, quod totum illatum est ante meam inductionem.

Objicies Tertiò: Netio sine peccato potest stultum provocare ad fornicationem exterijs. Respondeo: rursus cum distinctione: sine peccato scandali, nego; absque peccato fornicationis, concedo; quippe provocanti fornicatio stulti est voluntaria, adeoque peccaminosa; propter affectum internum; qui quoniam in stulto non inventur, voluntarius scilicet & liber, hinc fornicatio non est ipsi formaliter mala.

Instas: Ergo saltem qui sine voluntate actus exterioris præberet amenti occasionem aliquam peccati, nullum incureret reatum, etiam dum abest omnis justa causa ponendi talen occasionem.

Respondeo iterum distinguendo consequens: reatum peccati venialis, nego; ad minus enim erit actus otiosus; reatum culpa mortalis, concedo totum; dummodò peccatum exterijs non vergat in detrimentum corporale aut spirituale tertij, quod ex charitate tencor avertire, quantum commode possum;

Qua ratione fortassis dici posset, omne peccatum exterijs esse vitandum & impediendum, nisi incommodum consequens excusat; etenim aliqua fit irreverentia legislatori per transgressionem, etiam dum taxat materialem, sua legis; illa tamen irreverentia non tanta est, ut sub mortali obligetur quis eam impedit, prout alibi dicitur. Quin sapissimum justa se offert causa non solum permittendi peccatum materiale, verum etiam formale.

Et ideo in conclusione addidi illam restrictionem: *Nisi iusta causa excusat,* hæc si quidem facit, ut ministrans indigno Sacramentum non ita censetur cooperari peccato ipsius, quam bene illud permittere. Porro permissionem peccati alieni in quam plurimis occurrentijs licitam esse nemmo, qui vel à limite Theologiam salutavit, ignorare potest; in omni quippe materia morali hujusmodi casus se presentant.

Ratio autem in praesenti casu est, quia tota malitia hujus ministerij oritur ex perversa voluntate suscipientis; siquidem posset dignè suscipere, vel saltem non indignè, si vellet. Sicut ergo (ut secundum patet) aliquo casu licet petere Sacramentum ab indigno ministro, quando digna ministratio pendet à libera voluntate ipsius; simili ratione etiam interdum licitum est ministrare indigno.

Ec

198.
Objicte se-
unda de-
duibus ad
pugnam pa-
rat. quin-
bus be-
queant sub-
ministrari
instrumenta.
Responso.

199.
Objicte
tertia de
provo-
cante
stultum ad
fornica-
tionem.
Responsio.

200.
Præbens
amenti sine
voluntate
actus exte-
rioris occa-
sionem pec-
cati, non
peccabit
moraliter
scandali.

201.
Licit alia
quando mi-
nistrare Sa-
cramentum
indigno.

Magis in-
cumbit Mi-
nistro im-
pedire indi-
gnam suscep-
tionem Sacra-
menti, quam suscipi-
tienti indignam ministratio-
nem; hinc tamen solùm sequitur, quod re-
quiratur major causa ut ministretur indi-
gnam suci-
pienti indi-
gnam mi-
nistratio-
nem. Ostendit exemplum Christi ministrantis
Iudæ indigo Sacramentum Eucharistæ,
malitiam ab hoc actu esse separabilem.
Hinc erit

à dispositione peccantibus; tum quia in illo
Sacramento est judex, cuius est inquirere
merita aut demerita causa, ne proferat senti-
entiam injustam.

Similiter ad ministrandum Baptismum
adultis non sufficit, quod Pastor ignoret
indispositionem peccantibus; sed tenetur po-
sitivè inquirere & examinare fidem, alias
que disposiciones illius, nisi forte communi-
niter ab omniis haberetur dispositus. In
Eucharistia, Confirmatione & Extrema
Unctione presumunt quis bonus, nisi con-
suet contrarium. Excipe communionem
primam parvulorum, aut ruditum, circa
quam investiganda est à Parocho, sive Ca-
techistæ, sive Confessori sufficientia in-
structionis. De Ordine & Matrimonio
dicam conclusione sequenti.

Ad min-
istrandum
Baptismum
non suffi-
cit, quod
pastor ig-
noreat ig-
norationem
peccantibus.

Nota secundò ex Suario de Euch. disp.
67. scđ. 1. in fine, præceptum negandi
Sacramentum indigo non esse simpliciter
negativum; cum enim sit præceptum na-
turale, nullo casu licitum esset Sacra-
mentum dare peccatori; obligat quippe præ-
ceptum naturale negativum semper & pro
semper; constat autem exemplo Christi
aliando esse licitum.

204.
Præcep-
tum negandi
Sacra-
mentum
indigo
non est li-
citem
gatrum
Ita Suaro

Reducendum igitur est ad affirmatum
prudenter & fideliter dispensandi mysteria
Dei: quod formaliter sumptum (ut sic dicam) semper servandum est, quotiescum-
que aliquid Sacramentum dispensatur. Et
hinc sit ut, si commodè possit, debeat in-
digno denegari, non tamen semper cum
quocumque incommode & sine ulla exce-
ptione.

205.
His prænotariis, haud equidem effica-
cius probatur secunda pars conclusionis;
qua sola habet difficultatem, quam ex com-
muni ufo & praxi totius Ecclesiæ, qua
præcipue fundatur in facto Christi commu-
nicantis in ultima cena Judæ Iscariotem,
quem probè noverat esse in statu peccati
mortalis.

Verum quidem est, non semper quod-
cumque particularē factum Christi trahendū
esse in consequentiam: artamen cùm
Christus ibi Eucharistiam instituerit, præ-
cipiens Apostolis ut hoc ficerent quod
ipsum viderant fecisse, quis non prudenter
judicet etiam distributionem hujus Sacra-
menti ibidem à se factam in exemplum
propofuisse, quod tota postmodum Eccle-
sia imitaretur?

Ex com-
muni ufo
Ecclesiæ
nix fado
Chiff.

Profectò parum verosimile est Christum
Ecclesiam suam à principio usque modò
in tanto errore reliquisse, si verus error est;
& non potius voluntas Christi Domini, qui
Apolitos eorumque successores dispensa-
tores

CONCLUSIO XIII.

Publicè indignus, etiam pu-
blicè; occultè indignus non
nisi occultè est repellendus
à Sacramento, ad quod
quilibet jus habet, puta à
Sacramento Eucharistæ.

202.

I Ta Rituale Romanum Tit. de Sanctissimo Eucharistia Sacramento, ibi: Fi-
deles omnes ad sacra Communionem admit-
tendi sunt, exceptis ijs, qui iustificatione prohibi-
tentur. Arcendi autem sunt publicè indigni,
quales sunt excommunicati, interdicti, man-
ifesti, infames, ut meretrices, concubinarij, fa-
miliaries, magi, sortilegi, blasphemæ, & ali-
eius generis publico peccatores; nisi de eorum pe-
ccantia & emendatione constet, & publico scandalo
prius satisfecerint. Ergo publica meret-
rici, de cuius conversione publicè non
constat, nequit Eucharistia publicè mini-
strari, quantumvis in foro Sacramentali for-
ret absoluta; tum quia talis ad hujusmodi
administrationem non habet jus, tum quia
id fore scandalum.

Occultos vero peccatores (prosequitur Ri-
tuale) si occulij petant, & non eos emendatos
agnovent, repellat; non autem si publicè pe-
tant, & sine scandalo ipsos praterire nequeat.
Hec est communis sententia, sed explicata
satis difficultis. Ut autem facilius & clarius
intelligatur,

Nota primò, omnes habere jus petendi
Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Eu-
charistie, Pœnitentie & Extrema Un-
ctionis; petendi (inquam) à Pastore ani-
marum suarum tamquam pascua sibi debita
ex institutione Christi; cum hac tamen di-
versitate, quod Pastor possit & debeat ma-
gis exactè investigare dignitatem vel indi-
gnitatem peccantis in Sacramento Pœnitentie;
tum quia valor absolutionis pendet

tores constituit suorum Sacramentorum, seu honorum communium Ecclesiae. Optimè autem dispensator administrat res Domini sui, quando eas distribuit juxta ipsius voluntatem: & aliunde (ut dixi notabiliter secundo) hoc præceptum non est aliud, quam prudenter & fideliter dispensandi mysteria Dei.

205. Addunt aliqui præceptum Ecclesie, quod habetur cap. 3. 6. q. 2. *Placuit, ut si quando Episcopus dicat aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non paret ad iniuriam suam Episcopum pertinere, quod illi soli non creditur.* Et si scrupulo propria conscientia se dicte neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suis Episcopos, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopos &c. Ita Concil. Africatum cap. 99. & 100. Idem dicitur cap. 2. eadem causa & questione.

Verum in his capitibus (præterquam quod sint Concilij particularis) non agitur de administrando Sacramento, sed de communicatione debita excommunicatis, ad quam denegandam oportet excommunicationem esse publicam. Hinc tamen non reget infurit, talem communicationem deberi, in qua Sacramento & Christo specialiter fit injuria, sed illa solùm, quia salvo cuique iuri fieri potest. Unde ut peccatori negetur Sacramentum, impertinens est excommunicatione aut non excommunicatione, dummodo certò constet de peccato commisso & non remisso.

207. Indubitate Ecclesia non potuit nec voluit id præcipere, nisi aliunde constet de honestate illius actionis in ipsis circumstantijs, quam aliqui probant ex eo, quod Sacramentum institutum sit in utilitatem hominum; ergo inquit præferenda est utilitas sumptus & conservatio ejus famæ obligationi Religionis de dignè tractado Sacramento; sicut supra diximus posse peccatum licet baptizare infantem moribudem, quia non censetur indignè ministrare Sacramentum ob instans necessitatē parvuli periclitantis, in cuius remedio Baptismus institutus est à Christo.

Quamvis ergo majus sit Religionis præceptum, quam Justitia, & ideo videatur minor ratio habenda de fama proximi conservanda, quam de tractando indignè Sacramento: illa tamen regula hinc non habet locum, quia revera non concurrunt duo præcepta, sed unum solùm de non infamando proximo: præceptum quippe Religionis non est negandi Sacramentum indigno, sed solùm non dandi indigno abique justa necessitate, qualis intervenit in hoc casu. Hoc illi.

208. Sed hoc est quod queritur, videlicet an

hic possit intervenire justa necessitas, & an talis sit infamia proximi. Unde melius dixissent, præceptum quidem Religionis maius esse, quia Religio est perfectior & nobiliores virtus; obligationem tamen justitiae quandoque præponderare, puta in casu communiter recepi, quando habens votum castitatis corruptit virginem ignaram voti sub spe Matrimonij; tenetur enim eam ducere ex virtute Justitiae, non obstante priori obligatione ex Religione. Et ratio suo loco redditur: quia materia obnoxia obligationi Justitiae est incapax obligationis voti sibi repugnans; quia Deus non vult sibi offerri de alienis bonis, nec vult colui cum injuria proximi.

Sed haec quoque ratio non modicam patitur difficultatem (ut suo loco patebit) ubi enim revelatum est Deum cedere juri suo jam acquisito per votum, propter clamnum proximo per injuriam à voente illatum? Numquid qui sponsalia contraxit cum Catharina, liberatur ab obligatione sua, quia postea Elisabetham corruptit sub spe Matrimonij? Quis afferat? An forte Deus minus jus acquisivit ex promissione sibi facta sub conditione sanitatis conferenda, eam jam restitutā, quam prima sposa ex simplicibus sponsalibus? Unde ergo constat cedere juri suo?

Cum igitur in multis casibus (unus sit, ad evitandum clamnum in bonis temporibus) licet revelare peccatum proximi, & cum debeam revelare, si aliquis petat hostiam sacram ut pedibus eam conculces; quid obstat quod minus possim & debeam proximum infamare ad preveniendam injuriam & irreverentiam que fit Sacramento, & Deo per indignam Sacramenti suscepctionem?

Respondent: quia Deus cedit juri suo. Sed unde hoc constat? Ex ejus (inquit) facto. Bene, optimè. An igitur qui hodie cedit juri suo quod habet ad proprium honorem, volens colaphis cedi, etiam crastinā die impunè ceditur?

Deinde interrogō: Judas sumendo indignè Eucharistiam, nullam irrogavit injuriam Christo & ejus Sacramento? Quomodo ergo peccavit? Si peccavit (de quo nemo dubitare potest) quomodo Christus cessit juri suo?

Respondeo: cessit juri suo (si ita loqui placeat) non quod habebat, ne Judas in statu peccati mortalis Eucharistiam susciperet; nec enim Christus voluit aut invitavit Judam, ut acciperet in malo statu; sed ut dignè se disponeret, sicuti per gratiam Dei poterat, & sic ederet de

Bb

An obligatio
tio Justitiae
ali quando
præponde
re præcep
to Religionis?

An Deus
cedat suo
juri acqui
sito per vot
um, prop
ter clam
num à vo
ente testio
illatum?

An res
colligatur
ex facto
Christi, ip
sum confessus
absoluit
Iuo jun?

isto

isto pane & de calice biberet. Quo ergo iure cessit? Illo utique, quod habebat ne minister Iudea indigno Sacramentum distribueret; nam hoc Christus volens fecit. Facto ergo suo ostendit ministrum in aliquo casu sine irreverentia posse Sacramentum indigno ministrare.

210. Evidem licere Sacramentum tradere ad conculandum aut confundendum, nullu suo exemplo Christus demonstravit. Ratione disparitatis dat Lugo disp. 8. num. 179. quia conculatio, & similes actiones sunt in honorationes positivae, adeoque cum infamia etiam insulti aggressoris debent impediiri, non minus quam injustum damnum proximi in bonis vita, fama aut fortuna: indigna vero sumptio solum est irreverentia negativa, sive non exhibito omnis cultus debiti, sicut collocatio sacrae hostia in capsula chartacea, vel in corporali folido.

Et sicut magna est differentia in materia justitiae inter eum, qui non solvit, quod debet; & eum, qui positivè auferet vel vult auferre, quod habeo: primum siquidem nequeo privatè auctoritate per vim compellere ad solutionem; secundum possum vi compellete, etiam occidendo, si opus fuerit: ita quoque in casu praesenti tencor impedire, etiam cum infamia invasoris, ne dicam ejus occisione, positivam contumeliam sive ablationem honoris divini; secundum quamcumque in honorationem, sive non redditionem cultus debiti, qua quodammodo reperitur in omni peccato mortali, quippe contemptus aliquis est, virtualis faltem, transgredi legem in conspectu legislatoris.

In quo con- Porro laus honoris divini, qua sit per fidat Iesu indignam susceptionem Eucharistie aurum, que sit alterius Saeramenti, in eo solum videatur per indignam confitente, quod aliquis peccato suscep- tione Eucha. crilegij majori vel minori pro dignitate rei lacra, quam indebet tractar. Quis autem dicat licitum esse proximum infamare, ut quodcumque ejus peccatum mortale, etiam sacrilegij, impediatur? Nam si possum, cur non tencor? qua certe obligatio esset intolerabilis.

Quid dicen- Aliud fortassis esset (inquit Emin. num. 179. in fine) si quispiam vellet indignam sumere ad in honorumandum positivam Sacramentum, & significandum contemptum mere ad pos- tivem in ho- norandum. **Lugo.**

per illam indignam susceptionem: tunc enim jam videretur similis ei, qui accipere ad consultandum; atque ideo posset

fortasse repellere, etiam cum infamia.

211. Et vero existimas, quia erit extra propositum discrepantia, quam assignat D. Bo-

Bonavent.

Per impedimentum intelligo tam irritans , quam solum impediens . Atque in primis quod attinet ad Sacramentum Ordinis , Prelatis Ecclesiæ ex officio incumbit inquirere de idoneitate promovendorum seu ordinandorum ; quippe collatio Ordinis aut beneficiorum non est merus actus pasendi , quemadmodum alia Sacraenta ; sed est actio iuridica , vel saltem Gubernatoris & Principis , ad quem spectat eligere ministros idoneos . Sibi ergo impotent si rejiciantur cum infamia , cum ingentia se contra publicam utilitatem in ea munia & officia , ad quæ non sunt idonei , sive ex jure naturali , sive etiam ex solo jure

jure positivo : præsertim cum ordinandi per se nullum habeant jus obligans Episcopum ad Ordines ipsis conferendos.

ordinandi interrogati tenetur impedimentum detegere, etiam cum propria infamia c. Nisi cuan pridem i.o. cum propter infamia non poterit subictere. Et cap. Innotuit 20. de Elect. ibi: Qui suum malum confiteri reatum, quam laesa conscientia thronum ascendere pastoralem. Clarissime c. Ex paenitentibus 55. dist. 50. ibi: Deponatur a clero, quia se ordinacionis tempore non prædictus. Ad quæ videtur attendisse Lucius Papa relatus in c. Ad aures 5. de Temp. ordinat. ubi dicit, Episcopum deberet non ordinare Religiosos Prelati contradicentes; & reddit rationem: Quoniam esse potest, quod Prelati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quod salvâ conscientia nequeunt sublimari.

237. Quid fieri debet, si ordinandus jus habeat ad Ordines ratione beneficij, aut dignitatis quam possidet? Respondet Lugo debere ordinari, si impedimentum occultum non potest probari. Ubi insinuat eum, qui non pretendit jus, repellit posse, et si crimen occultum nequeat probari. Quod ego intelligentum puto non de quolibet peccato mortali, sed de tali criminis, quod vel irritat Ordinationem aut impedit ex jure humano, aut certe notabiliter reddit hominem indonem ad Ordinationis functionem.

Alt. III. Probat autem Cardin. suam resolutio- nem ex c. Ex tenore 4. de Temp. ordinat. ubi Alexand. III. de Clerico, qui adeo deliquerat, quod si peccatum eius esset publicum, degradaretur ab Ordine quem suscepit, & amplius non posset ad superiores Ordines promoveri; de tali (inquam) Clerico decernit in hæc verba: Veruntamen quia peccatum occultum est, si prouoveri voluerit, eum non debet aliquæ ratione prohibere.

Glossa verbo Prohibere tres adhibet conciliaciones hujus textus cum sequenti capite: Ad aures, supra citato. Hic loquitur (inquit) de seculari, ibi de regalitate, qui non habet propriam voluntatem. Vel illud propter scandalum Prelatorum; hic nullum scandalum. Vel melius istud, cum quis pertinet Ordines, habet ius prætendi ratione tituli, quem habet, vel dignitatis; illud, cum ius prætendendi non habet, & ideo Prelatus suu potest cum repellere. Quod nullatenus contrariantur nostræ conclusioni (ut patet) nam solum assertum occultum criminis posse repellere cum infamia, quando crimen potest proba-

ri, de quo non loquitur textus citatus.

An autem possit repellere, quando crimen ita occultum est, ut nequeat legitime probari, constat tamen certò Episcopo ordinanti, fatis colligitur ex jam dictis. Sanè si nullum habeat jus, & admonitus secundum ordinem fraternaliter correctionis ut desistat à petitione, nihilominus publice se ingrat, & præsenter cum ceteris ordinandis, judicio posse & debere repellere tanquam ab Episcopo non admissum, licet aliqui inde suspicentur occultum aliquid delictum. Si autem jus habeat Ordinationis, juxta c. Ex tenore citatum, non debet aliqua ratione prohiberi.

Pro Matrimonio, Suppono Parochum sine gravi peccato irreverentiae posse assistere Matrimonio eorum, qui in malo statu contrahunt; idque quia non ministrat Sacramentum, sed tantum requiriatur tanquam testis & notarius publicus. Quod Prepositus 3. parte quest. 7. de impedimentis Matrimonij & plures cum ipso dicunt esse verum, etiam si peccatum foret publicum. Intellige quando peccatum non est simul impedimentum dirimens vel impediens. Nam impedimenta quantumvis occulta tenetur Parochus denunciare Episcopo, & Episcopus fortassis Nuntio, si alio modo non possunt Matrimonium impedire, & illo modo sperant impediendum; de quo plura modis reddit hominem indonem ad Ordinationis functionem.

Hic sufficiat pro veritate conclusionis, non minorem habere Parochum obligacionem inquirendi impedimenta Matrimonij, atque Episcopus impedimenta Ordinis, præsertim irritantia; tum propter damnum tertij, quod natum est sequi ex Matrimonio invalido; tum propter continua peccata fornicationis, saltem materialia. Similiter ex Ordinatione invalida innumerum sequuntur sacrilegia, & damna irreparabilia in administratione aliorum Sacramentorum Eucharistie, Penitentia &c. quæ ad valorem suum exigunt Ordinem Sacerdotij.

Propterea jure meritorum Ecclesia exigit exactissimam inquisitionem impedimentorum, præcipue quidem irritantium; minus tamen principaliter etiam impedientium. Cum enim (ut dictum est) Parochus assistat Matrimonio tanquam testis & notarius publicus, ipsius munieris est inquirere, an contractus, cui assistit, sit legitimus, & an habeat conditiones à jure requisitas ad licetum sive ad validum, eodem modo, quo notarius

238. Quid facienda si crimen ita occultum sit, ut nequeat legitime probari; constat autem Episcopo ordinanti,

239. Parochus sine gravi peccato irreverentiae potest assistere Matrimonio in malo statu contrahendum.

Quod Prepos. 3. parte etiam de peccato publico.

Non minora obligatur Parochus inquirere impedimenta Matrimonij, quam Episcopus impedimenta Ordinis.

240.

notarius publicus in alijs contractibus
civilibus ; ceteroquin quomodo testari po-
terit Matrimonium secundum leges esse
initium ?

Hinc quemadmodum Judicis aut no-
tarii publici non est in alijs contractibus
civilibus inquirere ; an contrahentes pec-
cent vel non peccent contrahendo propter
malam intentionem , excommunicationem
vel similem cauam , sed an omnia obser-
ventur , qua in tali contractu observanda à
jure præscribuntur ; ita etiam imprestenti-
um Parochio non incumbit ex officio in-
vestigare , an conjuges peccent vel non
peccent ineundo Matrimonium , quia sunt
in malo statu vel propter excommunica-
tionem , aut similem aliquam cauam ;
sed an omnia ad sint , que specialiter ad hunc
contractum jure humano vel divino requi-
runtur .

241. Et sicut Judex civilis potest repellere
à contractu merè politico , præmisâ mo-
nitione , qui publicè accedunt non ser-
vatis conditionibus jure requisitis ; pari
ratione Parochus potest & debet repellere ,
fraternâ correptione præviâ , qui publi-
cè accedunt ad contrahendum Matrimoni-
um cum impedimento irritante aut pro-
hibente ; secùs qui in excommunicatio-
ne , aut alias in peccato mortali : hæc
quippe non sunt specialia impedimenta
Matrimonij in quantum contractus est ,
sed generaliter prohibent susceptionem om-
nium Sacramentorum eorumque admini-
strationem , quando publica sunt .

Porro Parochus præfens Matrimonio
neque suscipit , neque ministrat Sacra-
mentum ; sed Ecclesia requirit ejus præsen-
tiam solummodo ut testari possit verè
contractum initium esse juxta leges jure
divino ac humano constitutas , propter
gravia peccata , que (ut loquitur Tridentinum sessione 24 de reformatione
Matrimonij cap. 1.) ex clandestinis Coniu-
gij ortum habent ; præsertim vero eorum , qui
in statu damnationis permanent , dum , priore
uxore , cum qua clam contraxerant , relata ,
cum alia palam contrahant , & cum ea in
perpetuo adulterio vivant . Quis autem jure
dixerit Concilia vel Tridentinum quod ir-
ritavit , vel Lateranense quod prohibuit
Matrimonia clandestina , attendisse ad pec-
catum , quod præcisè committitur propter
indispositionem contrahentium ad effectum
gratia ?

242. Certè denuntiationes , quas Concilij
Trident. inheret vestigijs Concilij
Lateranensis sub Innocent. III. celebrati ,
præcipit fieri antequam Matrimonium con-

trahatur , non concernunt peccata quæ-
libet occulta eorum , inter quos Mattri-
monium est celebrandum ; sed impedi-
menta diutixat irritantia vel impedi-
entia , ut suo loco patebit , nullo , quod
sciam , contradicente , imò ipso Concilio
aperte comprobante , dum dicit supra : *Qui-
bus denuntiationibus factis , si nullum legitimum
opponatur impedimentum , ad celebrationem Ma-
trimonij in facie Ecclesia procedatur .*

Propter impedimenta igitur , & non
propter censuras , aut alia quæcumque pec-
cata , specialiter Parochio incumbit arcere
à Sacramento Matrimonij volentes con-
trahere , etiam cum eorum infamia , ubi alii
ter fieri nequit . Idem videtur est in profes-
sione Religiosa ; præmitum quippe Supe-
riores exactissimam inquisitionem condi-
tionum requisitarum ex jure communi , vel
particularibus statutis ad validam & lici-
tam professionem , cum potestate & volun-
tatem dimittendi novitium , etiam cum infamia ,
ubi opus fuerit .

Petet , an saltem Parochus non peccet
cooperando peccato contrahentium in
malo statu , quod sine ejus assistentiâ non
committerent , præsertim quando pecca-
tum est publicum , adeoque sine infamia
posset negare suam præsentiam ? Respon-
det Card. Lugo disp. 8. n. 219. eam coo-
perationem esse valde materialem & incul-
pabilem Parochio , qui non potest negare
suam assistentiâ , quam debet ut minister
publicus : sicut nec publicus notarius vel
judex potest negare auctoritatem sui mu-
neris contractui alicui legitimo , licet con-
trahens ex intentione prava peccet in ipso
contractu .

Rectè quidem ; sed aliud simile , quod
adjungit , non placet : Et sicut (inquit)
uxor non peccat reddendo debitum con-
jugale viro petenti contra votum castitatis ,
quod habet . At quanta dissimilitudo !
quippe conjuges , si volunt , contrahunt ab-
que peccato ; petitio copulae & ipsa copula
subsequens ex illa petitione contra votum
castitatis , necessariò est peccaminis ; adeo-
que quamquam mulier peccaret redden-
do (ut multi verosimilius judicant , quia
cooperatur ad actum externum , qui hic
& nunc nequit fieri absque peccato)
adhuc tamen Parochus satisfaciens muni-
eri suo , non est reus indigna ministerialis
aut susceptionis Sacramenti ; quia tota hu-
ius malitia ponder à voluntate contrahen-
tiuum , qui debite se disponendo licet mi-
nistrant & suscipiunt Sacramentum in po-
testate autem viri petentis non est justifica-
re copulam ; sed in potestate solius mulieris
coope-

cooperantis. Ex quo etiam patet disparitas inter virum petentem copulam ex prava intentione, & petentem contra votum castitatis.

244.
Non est in
parochio af-
fidente alia
obligatio,
quam vir-
tutis Chal-
citanus.

Ut ut sit de hac controversia, quæ est alterius loci, si vera est ultima pars conclusionis, qua restat probanda, non agnoscamus aliam obligationem in Paroche, quam communem virtutis charitatis, impediendi videlicet peccatum proximi quantummodum potest, dissuadendo quod malum est, &hortando ad id, quod bonum est. Evidem alijs persistebus in affectu malo, quem possint corrigeri si vellent, tenetur affilere.

Ordinarii licet et contrahere Matrimonium cum peccatore.

Ita habet praxis communis; quæ utique declarat non solum Pastori licitum esse affilere Matrimonio peccatoris, verum etiam ordinarii nullum esse peccatum contrahere cum peccatore, ut habeat ultima pars conclusionis; maximè in his partibus, ubi permittitur ab Ecclesia Matrimonium Catholicum cum heretica. Sape etiam Pontifices dispensarunt, ut Catholicus cum heretica posset contrahere; non potest autem dispensare in re intrinsecè mala, sive non potest esse causa actionis intrinsecè mala, quæ alia non fieret.

245.
Objecatio.

Si dicas, ministrare Sacramentum indigno non ita esse intrinsecè malum, quin ex rationabili causa fiat licitum, ut ex jam dictis fatus confat; in illis autem dispensationibus adfuisse justam causam. Respondes, causam dispensandi in lege Ecclesiastica non esse semper causam rationabilem ministrandi Sacramentum indigno. Patet: si Pontifex dispenset in impedimentoo consanguinitatis, quis propter ea dicat consanguineos posse contrahere in malo statu? Et tamen ex rationabili causa id licet, & supponitur rationabilis causa dispensationis.

Quando ergo Pontifices dispensantur, vel generaliter, ut in Concilio Chalcedonensi act. 15. can. 14. ibi: *Nisi forte spounerit se venire ad orthodoxam fidem d.m coniungitur persona orthodoxa.* Et c. 16. 28. q. 1. quod desumptum est ex Concil Agathensi c. 67. Non oportet (inquit) cum hominibus hereticis misere commixta, & vel filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen se profiteantur Christianos esse futuros & Catholicos; vel specialiter, ut fecit Clemens VIII. anno 1604. cum Catharina sorore Henrici IV. heretica & duce Barenzi Catholicis; non fuit intentionis ipsorum declarare, causas allegatas per se exculpare indignantem administrationem vel receptionem Sacramenti (nam certum est apud omnes, ha-

reticum vel malum Catholicum peccare recipiendo Sacramentum) sed supposuerunt Pontifices, sublatâ per legitimam dispensationem lege Ecclesiastica prohibente hujusmodi connubia, ordinarii esse licitum Sacramentum Matrimonij indigno administrare.

Cardo ergo difficultatis in hoc vertitur, 246.
quod non appareat ratio sufficiens disparatis inter Sacramentum Matrimonij & alia, quæ diximus ordinarii non posse indignis administrari. Hac igitur ratio queritur, & non invenio meliorem, quam communem sensum totius Ecclesie, quæ humquam movit scrupulum fidelibus, qui contrahunt Matrimonium cum Catholicis existentibus in peccato mortali; sed unquisque tenetur se ipsum in gratia constitutere, comparem vero relinquere suæ conscientiae.

Nec mirum, cum in pluribus alijs (ut alibi diximus, & magis patet in proprio tractatu) non licet argumentari à Sacramento Matrimonij ad alia Sacra menta, eo quod Matrimonium non tantum sit Sacramentum, sed etiam contractus (non ita spectans publicam utilitatem, quam bene privatam contrahentium) in quo idem est petere seu accipere ab aliquo, ac eidem ministrare, quæ non habent locum in alijs Sacramentis, in quibus minister ordinarii est Parochus, cui ex munere proprio competit eorum distributio quasi persona publica & attendenti ad bonum publicum; atque ideo ad eum ex officio pertinet cognoscere merita vel demerita illorum, quibus bona communia distribuit, ut satisfaciat debito fidelis dispensatoris. Et quamvis in casu necessitatis laicus possit baptizare, tunc tamen sustinet vicem personæ publicæ.

At vero in Sacramento Matrimonij minister non est Pastor, nec homo publicus, aut distributor honorum communium, qui tamquam Oeconomus ex munere suo & debito fidelis dispensatoris debeat attendere & examinare merita suscipientium, sed est persona privata celebrans contractum, adeoque ex officio suo solum attendit ad utilitatem & commodum proprium: sicut in republica alia est obligatio Oeconomi distribuentis res communis, & alia particularis persona vendentis res proprias.

Quia igitur contractus Matrimonij ordinatur ad utilitatem privatam & externam contrahentis, non est tanta obligatio attendendi ad reverentiam Sacramenti; vel (ut melius loquar) non est

Ratio, cuj
fidelis con-
trahens cu
alio existen-
te in mo-
re in modu-
lo non
peccet.

Disparitas
inter matri-
monium
quod hoc
& alia Sa-
cramenta

est tanta irreverentia Sacramenti Matrimonij si indigno ministretur, cum ordinarii interveniat utilitas temporalis ipsius ministri, quae non reperitur in administratione aliorum Sacramentorum, ubi sola spectatur utilitas suscipientis. Profectò sicut peto Sacramentum ab indigno ministro, modo id suadeat notabilis utilitas; cur in Sacramento Matrimonij non licet propter eandem causam indigno ministrare? Nam petere & ministrare quasi idem sunt: proinde non videtur contrahens magis debere sequi conditionem ministrantis, quam perentis. De cætero attendamus, inspiciamus, perfrutemur quod possumus, ne infideles (quod absit) ministri & dispensatores mysteriorum Dei inveniamur.

248. *An sit fides
Ils minister
qui vult
confidere
Sacramen-
tum incer-
tus devo-
te.*

Et verò (interrogat quispiam) numquid fidelis minister est, qui vult confidere Sacramentum incertus de valore? Constanter & unanimiter assérunt DD. haud licitum esse ministrare Sacramentum cum dubio negativo (quando scilicet non est fundamentum ad assensum præbendum aliqui parti) nisi in necessitate sub conditione; quippe Sacramenti institutio ad minus videtur exigere probabile judicium, nè continuo exponatur periculo nullitatibus contra reverentiam ipsi debitam.

Confirmatur: quia præceptum naturale non forniciandi requirit judicium, saltem probabile, quod hæc persona sit sua; ergo similiiter præceptum baptizandi cum aqua naturali, quod hæc sit aqua naturalis.

249. Interim tamen quemadmodum dubius de valore Matrimonij potest reddere debitum, quamdiu petens procedit bonâ fide, quia præponderat aliud inconveniens, scilicet periculum privandi alterum possessione suâ absque sufficienti probatione; vel (clariss loquendo) quia negando debitum exponit se periculo iniustitia, reddendo autem periculo solius fornicationis; ex duabus porro malis, ubi alterum est necessarium, minus est eligendum; ergo eligenda fornicatio, quia minus est peccatum, quam iniustitia: ita dico in extrema necessitate sine irreverentia utimur materiâ aut formâ dubiâ, quando certior haberi nequit; quia prævaleret præceptum charitatis, & abstergit omnem irreverentiam, quæ alias in tali ministerio committeretur. Enimvero cum Sacraenta instituta sint pro salute animarum, & aliqua saltam spes effulget eam procurandi animæ aliquuin in æternum certò peritura, potius reverenter quam irreverenter tractat Sacra-

mentum, qui ita illud administrat, maxime sub conditione; quippe illa non subsistente altera pars essentialis necessariò deficit, per consequens intentio Sacramenti. Sicut ergo nulla est irreverentia contrahere Matrimonium ex justa causa cum impedimento dirimenter absque intentione Sacramenti, quia verba contrahentium non sunt materia aut forma validi contractus; sic nec erit irreverentia in necessitate extrema baptizare cum liquore, de quo dubitatur an sit aqua naturalis, sub conditione veræ materiæ; quia si reverâ non est aqua naturalis, quod non pender à voluntate baptizantis, non hic, sed potius Deus, qui instituit aquam naturalem pro materia essentiali, irritat Sacramentum.

Sed cum hæc factis constent, tamen discussio inter DD. Catholicos est, an minister relictâ materiâ aut formâ certâ, possit adhibere solum probabilem. Major pars amplectitur sententiam negativam, pro qua placuit sequentem conclusionem instituere,

CONCLUSIO XVI.

Minister non potest adhibere materiam aut formam Sacramenti solum probabilem, quando commode potest adhibere certam.

Secundum aliquos Auctores si alibi, 250
Sententia
Valquerii
aliorum etiam hæc sequi opinionem probabilem de valore materiæ aut formæ, si le- gem iustitiae, charitatis aut Ecclesiasticam excludas. Quidni (inquit) esset licet tum prudenter agere? Agit autem prudenter, qui sequitur opinionem probabilem. Sanè omnimoda in rebus humanis certitudo habere nequit, adeoque ad eam Deus non obligavit, sed ad moralem tantum, ne aliquin vix liceat operari, cum res practica difficillime cognoscantur, & varijs opinionibus subjecta sint.

Hercule si semper homo deberet sequi partem tutiorem, hoc est, in qua minus est periculum peccati, sive in qua nec materialiter potest esse peccatum, foris onus intolerabile, ut nemo ignorat qui novit diversitatem sententiarum circa licitum & illicitum in actibus humanis. Quin sepe quod est magis tutum, est minus probabile, id est, infirmioribus nititur fundamentis, puta, quod diebus festis teneamur conteri. Si

Sect. 7. De Ministro Sacrament. Concl. 16. 205

251.
Impugna-
tur Primum,
Si dixeris : Sacramentum exponit per-
iculo nullitatis. Respondent, eum, qui
prudenter aliquid facit, eo ipso non facere
Deo vel Sacramento irreverentiam, nec
exponere se periculo, nisi ad summum faci-
endi quod est irreverentia materialiter.
Pater in eo, qui cum iudicio solùm pro-
babili cognoscit suam; quamvis enim hic
exponatur periculo fornicationis materia-
lis, tamen non facit ullam irreverentiam
formalem Deo vel ejus præcepto.

252.
Secundo.
Contra : non est probabile, Sacra-
mentum posse ministrari in materia probabili,
quando certa est possibilis. Negant : cur
enim minus hoc probabile sit, quam quod
aliquis possit suscipere Eucharistiam, quan-
do tantum probabiliter judicat se esse in
statu gratia, aut quod possit retinere bona
proximi, quando probabiliter solùm exi-
stimat esse sua? Quippe & tunc exponitur
Sacramentum periculo materialis irreve-
rentiae, scilicet quod carebit fructu; & re-
tinens bona exponit se periculo materialis
injustitiae.

253.
Tertio.
Instas : præceptum justitiae, castitatis,
& similia respiciunt actiones an honestae
sint vel non; opinio autem probabilis cum
conscientia practice certa faciunt actionem
honestam formaliter, quamvis à parte rei
sive materialiter sit inhonesta. Porro opinio
probabilis circa valorem Sacramenti non
respicit actionem, sed rem; & non potest
facere ut aliquid sit materia, si revera à
Christo non sit institutum.

Respondent : etiam hinc probabilitas ob-
jecti redundat in actionem. Nonne proba-
bilitas in exemplis preallegatis facit, quod
à parte rei non sit materialis fornicatio, aut
sacrilega suscepitio Sacramenti, vel injustitia,
si à parte rei non sit uxor, aut susci-
piens non sit dispositus, vel res non sit mea?
Profectò propter meum putare, etiam pru-
dentissimum, nihil mutatur in re. Si ergo
aliae actiones justificantur per iudicium pro-
babile, etiam administratio Sacramenti in
materia probabili, non præcisè per iudi-
cium, quo iudico hanc vel illam materiam
probabiliter valere, sed quo, supposito hoc
iudicio, iudico prudenter licitum esse in
tali materia ministrare.

Quocirca (inquit) addidimus : si
legem iustitiae &c. Quamquam enim leges
iste non reddit materiam vel formam mi-
nus probabile vel improbabile; faciunt
tamen, ut nequeam ego prudenter iudi-
care, quod sit probabile, me licite posse
ministrare Sacramentum in hac materia aut
forma probabili.

254.
Quarto.
Si rurum objicias : Sacra-
menta habent

jus certum ut validè ministrantur, cui non
satisfit per ministerium incertum. Re-
spondent : jus non est in inanimatis, sed
in personis, v. g. in Deo, qui sicut habet
certum jus ut Sacra- menta ministrantur va-
lidè, sic etiam ut suscipiantur dignè; &
tamen ad hoc ultimum sufficit probabile
iudicium. Sic etiam habet Deus certum
jus ne quis fornicetur, & ut homines ad-
impleant sua mandata; & tamen ad vitandum
peccatum formale, satis est iudicium
probabile.

Quod autem instauri per exemplum ex
humanis, ubi certo justitiae debito mini-
strare satisfit incerta solutione, parum, in-
quiunt, urget : quippe constat certo debito
legis humanae satisficeri probabili implecio-
ne. De debito justitiae forte idem dici
posset : qui enim probabiliter satisficerit,
potest censeri exemptus. Vel esto, quod
non censetur exemptus, hoc ideo erit, quia
justitia respicit æqualitatem debitam intet
datum & acceptum; jam autem incerta so-
lutio non æquivaleret certo debito. Unde
contrahentes censentur alio sensu & mente
contrahere. Quā intentione seclusa posset
sufficere æqualitas probabilis debiti secun-
dum se & solutionis, et si non foret æqua-
litas ex parte scientiae seu certitudinis.

Porro Deus contentus est probabili so-
lutione; etiam promissionis sibi factæ (ut
commuter duceret in materia de Reli-
gione) quamvis hæc probabilitas facere
non possit, ut sit vera adimplatio voti, si
à parte rei talis non est. Religio itaque
sive reverentia debita Sacramentis, aut po-
tius Deo in Sacramentis, solùm exigit,
ut nunquam velim confiscere Sacramentum,
quin saltē probabiliter valeat. Etenim
quis rationabiliter conqueri potest de in-
honoratione sua, quando alter exhibet ei
illum honorem, quem prudenter iudicat
sufficere, quamvis fortassis hinc & nunc non
sufficiat?

Urges : Deus statuit Sacra- menta velut
publicam monetam, cui suā auctoritate
valorem ex passione Filij tribuit. Unde
sicut fieret Regi injuria à cudente mone-
tam dubi valoris, sic etiam Deo ab ad-
ministrante Sacramentum solùm probabi-
le. Respondent : non fieret injuria, si pro-
babilis foret valor monetæ, nisi Rex plus
præcepisset : Christum autem plus præ-
cepisse, ex nullo capite ostenditur. Hæc illi
pro sua sententia.

Sed contra : Christum plus præcepisse
ostenditur ex dignitate & sanctitate Sacra-
mentorum, quæ Christus instituit, & vo-
luit esse signa efficacia gratiae sanctificantis
& alio-

255.
Quinto.

256.
Sexto.

257.
Septenaria
opposita
probatus.

& aliorum effectuum supernaturalium; hæc autem ratio non militat in alijs præceptis, ut proinde ab his ad Sacraenta seu administrationem Sacramentorum non valeat argumentum. Itaque tamen si alibi licet, hic tamen secundum plerosque Doctores non licet sequi opinionem tantum probabilem de valore materiæ aut formæ, quando commode potest adhiberi materia aut forma certa, etiam seclusa lege iustitiae, charitatis vel Ecclesiastica; quoniam non solum laedit proximus, cui exhibetur Sacramenta solum probabilia, cum possint exhiberi certa, sed laedit etiam religio, cultus & honor Deo ac Sacramentis debitus, dum fides & auctoritas divina, significatioque & efficacitas à Christo ibi instituta exponitur sine causa periculo evadendi fortasse ex re magni momenti in rem profus inanem & vanam omni fructu & veritate carentem.

Ex qua ratione videtur consecrarium, peccare contra reverentiam debitam Deo ac Sacramentis, qui suscepit Eucharistiam aut aliud Sacramentum probabiliter tantum dispositus ad effectum gratia sanctificantis, cum alioquin commode posset suscipere moraliter certò dispositus.

258. Pro qua ci-
tatu Scotti.
tus.

Pro hac sententia citatur Scottus 4. dist. 11. q. 6. n. 2. ibi: Hic breviter potest dici, quod cum certum sit farinam tritici purgatum secundum communem purgationem, eo modo sciaret, quo pistores solent eam purgare, esse manteriam convenientem ad facendum panem consecrabilem, & dubium sit, an amidum sit huiusmodi materia, & pars negativa multum sit probabilior, non sine peccato atque se exponit tali dubio. Hec Doctor Subtilis.

Sed responderi posset, Primo, ipsum loqui de particulari Sacramento, Eucaristia videlicet, in qua per dubiam & probabilem, solum consecrationem fit praedium animabus Purgatorijs, & alijs fideliibus pro le Missas exigentibus, qui defraudantur suffragijs, calu quo Sacramentum non subsistat.

Secundo: quando pars negativa est multum probabilior, pars affirmativa vix aut ne vix quidem est probabilis; quod enim parum est, in moralibus pro nihilo reputatur. Unde non uitetur Doctor voce Opinione probabilis, sed Dubius, quæ vox simplificiter posita significat dubium negativum.

Tertio: obstat hic usus Ecclesie, qui induxit legem non consecrandi nisi panem consecrum ex farina tritici purgata secundum communem purgationem, eo modo quo pistores solent eam purgare.

Et propter similem legem Ecclesiasticam est peccatum baptizare in nomine Generatoris, Geniti & Spirati, licet Baptismus haec forma collatus probabiliter valeat (immo foret peccatum, esto certissime valeret) siquidem hæc probabilitas non redundat in actionem ministri; non enim probabile est, ministru posse confiscare Sacramentum, etiam certissimum, contra communem usum Ecclesiæ præscribentis & præcipientis ut eo modo, & non aliter admittretur.

Enimvero suppono tamquam indubiatum apud omnes Catholicos, solum hæreticis obstrepentibus, ministru debere servare ritus & cæmonias, aliaque ab Ecclesiæ præscripta & præcepta in ministerio Sacramentorum, ita ut secus faciens peccet graviter vel leviter pro materia quantitat, prudenti judicio determinanda. En definitio Concil. Trident. scil. 7. can. 13. Si quis dixerit, receptus & approbatos Ecclesiæ Catholice ritus in solemissi Sacramentorum administratione adhiberi conuenios, aut contemni, aut sine peccato à ministri probitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiastarum Pastorem mutari posse; anathema sit.

Atque hæc est consentanea doctrina SS. Patrum, & constans Ecclesiæ universalis usus & traditio. Quin & ipsa ratio naturalis dictat res sacras, inter quas præcipuum locum tenent Sacraenta, non solum cum interiori, sed etiam cum exteriori reverentia, ad quam ceremonias conductunt, esse tractandas. Vide Bellarminum lib. 2. de Sacram. cap. 30. & sequentibus.

Quæ cum ita sint, liquet profectio solemnem legem Ecclesiæ facere posse, ut administratio Sacramenti in materia aut formâ tantum probabili sit peccaminosa, esto alioquin fore licita: peccaminola (inquam) contra virtutem Religionis, ex cuius motivo Ecclesia precipit: ac proinde ex verbis Scotti supra allegatis non deducitur efficax argumentum pro nostra sententia.

Sed neque ex his verbis ejusdem Doctoris 4. dist. 3. q. 2. n. 10. Circa istum (loquitur de baptizato hodie in nomine Christi) tale remedium adhibendum est, scilicet universaliter in alijs dubijs (Baptismis) adhibetur, de quo extra de Baptismo & eius effectu. De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur verbis istis premisis: si baptizatus es, non baptizo te; sed si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris & Filii &c. Et universaliter in omnibus dubijs

Les Eccl. statica pro-
babit bapti-
zare in no-
mine Geth-
roni & Spi-
ritus & Ge-
niti.

Obser-
vatus Erat
statistica

Probatus
ex Trident.

SS. Pat-
ribus;
Tribu-
tione & in-
ratio
nali.

Alius locu-
scoris

dubiis quantum ad materiam & formam sunt
tres maxima. Prima est ista: si possibilis adest,
via cuiusmodi est eligenda. Secunda: si non adest
possibilis, via iustissima proxima est tenenda.
Tertia est ista: cessante impossibilitate, cautele est
supplendum, quod impossibilitas prohibebat. In
quibus verbis Doctor non loquitur explicite de omnibus dubiis quantum ad ma-
teriam & formam cuiuslibet Sacramenti,
sed solum Baptismi.

Explicatur
Tertio.

Explicatur
Secundo.

261.
Explicatur
Tertio.

Charitas
obligat ad
ministrandum Sacra-
mentum eum, re-
lato Sacra-
mento tan-
tum proba-
bili.

An Episco-
pus peccet
monialis
conferens
Sacra-
mentum Con-
firmationis
tantum
probabile.

Et dato quod loqueretur de omnibus
Sacramentis; numquid etiam de dubio po-
sitive seu opinione probabili? Videri pos-
set aliquid non propter haec verba im-
mediate praecedentia: Non andeo dicere, quod
baptizatus hodie in nomine Christi, esset bapti-
zatus: sed nec andeo dicere, quod non esset ba-
ptizatus.

Denique commode explicati possunt
haec verba de obligatione charitatis, que
maxime eluet in Sacramento Baptismi
proper maxima damna ex invalida ejus
administratione emergentia, praeferunt in
extrema necessitate, in qua eadem est ratio
Sacramenti Poenitentiae. Nemo autem non
videt, si habeat oculos apertos ad videndu-
m, charitatem obligare ad illa damna
evitanda, quando commode evitari possunt.
Si enim charitas dicit medium corporal-
em debere infirmo extremè laboranti ad-
hibere medium certissimum recuperandæ
sanitatis corporalis, & non posse uti medio
incerto, tametsi probabiliter judicet pro-
futurum, dum suspetit certum; quanto
magis obligabit medium spiritualem, ut
in extrema necessitate adhibeat certa reme-
dia sanitatis spiritualis, ubi & quando
commode potest ea adhibere? Tantum
quippe sanctas spiritualis praefat sanitati
corporali, quantum anima praefat cor-
pori.

Quidni etiam charitas obliget in Sacra-
mentis non necessarijs? Quidni (inquam)
Episcopus graviter peccet conferens Sacra-
mentum Confirmationis solum probabile,
cum posset commode conferre certum?
Licet enim gratia illius Sacramenti non sit
omnino necessaria ad salutem; equidem
tanti videatur esse valoris, ut merito cen-
teatur grave documentum seu derimien-
tum eà privari, quando rationabiliter pe-
titur: atqui Episcopus conferens Sacra-
mentum tantum probabile foris privat sus-
cipientem illa gratiā, ad quam habet cer-
tum jus ex institutione Christi, & quam
proinde rationabiliter petit; quidni ergo
graviter peccet contra charitatem, que
obligat ad impedientium seu non infi-
rendum grave documentum proximo,

quando commode potest evitari?

Dices: Probabiliter evitatur omne no-
cumentum, quia probabiliter confertur obiectio.
262.
gratia; jam autem probabile tantum nocu-
mentum minus est, quam certum nocu-
mentum; esto ergo graviter peccaret Epis-
copus tam contra charitatem, quam contra
iustitiam, negando Sacramentum vel ad-
ministrando Sacramentum invalidum; haud
equidem ita graviter peccaret administran-
do Sacramentum tantum probabile.

Audite quid doceat Lorca 1.2. de Actib. ^{Sententia}
humanis disp. 39. memb. 2. Vera (in-
quit) ratio, ob quam in usu Sacramento-
rum necesse est sequi sententiam tutiorem,
quando maximum damnum spirituale ti-
metur, est, quia quamvis communia per-
cula & documenta imminentia communia
diligentia & probabilitate sufficienter
caveantur, sed quando aliquod incommo-
dum maximum & irreparabile occurrit,
recta ratio postulat, ut homo non satisfa-
ciat communia diligentia, sed maiorem ad-
hibeat, & si potest, omnem ejus periculi
probabilitatem amoveat.

Ex hoc sequitur primò, licere uti qua-
cumque opinione probabili circa essentialia
Sacramentorum, que non sunt de necessi-
tate salutis. Sequitur secundò, circa essen-
tialia Sacramenti Eucharistie licitum esse
aliquoties uti probabiliter sententias, non
tamen ex consuetudine & longo tempore.
Hujus ratio est: quia Sacramentum Eu-
charistia, secundum probabilem senten-
tiam, necessarium est ad conservationem
vitæ spiritualis; secundum omnium vero
doctrinam maximum fructum spiritualem
præstat, quo fructu fraudari diu hominem,
gravissimum documentum est; una autem
aut alia vice, non ita grave præjudicium
inficit. Idem censco de usu probabilium
opinionum circa Sacramentum Pœnitentiae,
quod quamvis sit necessarium ad sa-
lutem interveniens peccato mortali; sed
cum possit facile repeti, non censetur adeo
magnum detrimentum; si quis ductus opini-
one probabili, semel aut iterum pœnitentem
exponat periculo carendi effectu il-
lius: secūs, si frequenter & multoties id
faceret. Hucusque Lorca loquens de obli-
gatione charitatis.

Fateor ego, certam privationem gratiae
sacramentalis esse majus documentum,
quam privationem tantum probabilem;
interim negare non andeo; quin etiam haec
sit aliquod documentum, grave vel leve
relinquo judicio prudentis. Mihi videtur
satis grave probabilis privatio effectus Sa-
cramenti Confirmationis per totam vitam,
& per

263.
Responso;

208. *Diss. 1. De Sacramentis in genere.*

& per consequens per totam aeternitatem.

Eadem est ratio Sacramenti Ordinis; immo maior; quia si à parte rei Sacerdotium v. g. non valeat, ordinatus redditur incapax ad validè confiencia alia Sacra- menta Eucharistiae, Poenitentiae &c. quod est gravissimum damnum.

Præterea exstimo charitatem obligare non solum ad evitandum, seu non inferendum grave nocumentum, verùm etiam ad non inferendum quocumque leve nocumentum proximo rationabiliter invito. Cum autem impræsentiarum proximus rationabiliter petat certum Sacramentum; neque enim Christus instituit Sacramentum tantum probabile, sed certum, videatur, nisi forte cedat juri suo, rationabiliter esse invitus, seu rationabiliter conqueri posse de Sacramento solum probabiliter collato, reliquo Sacramento certo, quod æque commodè poterat ministrari. Igitur administrans Sacramentum probabile tantum, reliquo certo absque ulla necessitate seu ratione, idque suscipienti rationabiliter invito, videtur peccare ad minus contra charitatem.

264. Subinde etiam contrá justitiam, quando scilicet minister obligatur ex officio, uti Pastor ex justitia te- nuntur adi- ministrare Sa- cramentum. De alijs non ita certo constat: quippe possent negare Sacramentum sine injuria; ergo etiam sine injustitia administratum. De alijs non ita certo con- stat.

Sententia De Scildere.

2. n. 112. dicens: Supposito quod con ferre velit, obligatus est, quasi ex contra- actu, procedere viâ tutissimâ, nisi suscipiens consentiat. Sicut consiliarius, licet non sit obligatus dare consilium, supposito tamen, quod alteri dare velit, obligatus est ex iustitia dare juxta potentis intentionem.

Sed si ipse hoc afferendo probavit, ego negando refutavi. Interim prior sententia probatur à simili, quod idem Author admitit eodem tract. n. 106.

Medicus stipendio conductus peccat non solum contra Charitatem, sed etiam Justitiam, si reliquo remedio certo prescribat non probabile; habet enim infirmus ex via conductionis jus strictum ad medicinam magis profuturam; hac quippe est ipsius intentio. Sin autem medicus gratis alicui optulitur, quemadmodum non peccat contra Justitiam, sed contra solam Charitatem, subtrahendo omnem medicinam, multò

minus peccabit contra Justitiam, si prescribat medicinam incertam, quâ, alioquin certò moriturus, fortè supervivet.

Quod limbo, nisi peritissimum querenti, qui certissimum adhiberet remedium, se sponte ingerat ut talis, cum alias eram reperturus, cuius operâ mortem evassem; tunc quippe per fraudem impedit infirmum à remedio certissimo, ad quod habet strictè dictum jus. Ac proinde non videtur improbable, Religiosos, quise ingerunt ex charitate officio Parochi, audiendo confessiones & alia Sacra- menta administrando, eandem cum ipso subire obligationem, semper utique confiendi Sacramentum certum, ne per fraudem impediatur populum ab infallibili remedio aeterna salutis, ad quod habet strictum jus, & quod bona fide putar se ab illis accipere, alioquin accusurus eum, qui ex officio ad hoc obligatur.

Petes: an ergo Sacerdos cum probabili tantum jurisdictione nequeat se publicè exponente audiendi confessionibus? Distinguit hic aliqui inter materiam & formam Sacramenti ex una parte, & jurisdictionem requisitam ad validam absolutionem ex altera, docentque jurisdictionem probabilem per se sufficere ad licetē absolvendum; secundū probabilem tantum materiam vel formam.

Sed si res penitus introspiciatur, inveniatur solum esse differentiam quamdam materialiem. Ratio quippe distinguenda illorum Auctorum est, quia cum jurisdictione merè pendeat à Prælatis Ecclesiæ, eo ipso quo aliquis habet probabilem, jam habet certissimam, Ecclesia supplette defectum ad singulos actus proper bonum commune. Idem cernitur in illo, qui habet titulum coloratum cum errore communi, ut videbimus in materia de Peccatis.

Porro materiæ & formæ Sacramentorum cum à Christo immediate instituta sint, nequit Ecclesia earum defectum suppleri; Deum autem id facere nullibi est revelatum; adeoque materiæ & formæ semper remanent in terminis probabilitatis; jurisdictione autem transit in certissimam, ut illi volunt: ergo tunc non consertur Sacramentum cum jurisdictione probabile, nisi speculativè, sive antecedenter ad exercitium, sed cum jurisdictione practice certa. Quod si etiam Deus suppleret defectum materiæ & formæ, de qua suppletione non satis constat, idem profectò dicendum esset de probabili materiæ & formæ, quod de probabili jurisdictione.

Et sicut

Quid de la
ligiosis, &
ex Chanc.
te officiis
Parochiali
bus ing.
restitutis?

265.
Quid de Sa
cerdote
cum prob
abilis tantum
jurisdictione
ne suffici
dis confi
ctionibus
publice ex
ponente?

An & co
seco ed.
ministra
diffinitio
quoniam
Auctor
intermet.
riam & for
mam Sac
mei ex
una parte,
& justifi
cione re
quisitam ad
validam ob
servationem
ex altera.

266.

Et sane si quis diceret Ecclesiam supplerere defectum individua materiae Ordinis, utpote quam Christus videtur reliquise determinationi Ecclesiae, ut suo loco diffusus explicabimus. Similiter in Matrimonio supplerere defectum legitimi contractus; nonne consequenter admittere deberet tam licitum esse cum probabili materia ordinare seu conferre sacros Ordines, & cum probabili materia aut forma contrahere Matrimonium, quam cum probabili jurisdictione absolute?

An autem probabilis jurisdictione ita certa sit (ut putant hi Doctores) & consequenter an licet cum illa communiter absolvere, etiam in articulo mortis, dicam in materia de Poenitentia. His sufficiat annosatis, distinctionem illam potius esse materiale, quam formale: nam si jurisdictione probabilis non exiret terminos probabilitatis, neque cum illa liceret absolvere magis, quam cum materia aut forma probabilis, adeoque peccare minister ad minus contra charitatem, nisi forte fieret de consensu poenitentis.

267. Si dixeris: Licitum est uti opinione probabili distante non esse restituendum, & tamen est periculum iniustitia; nam forte erit illa res proximi: ergo similiter licitum erit uti opinione probabili in administratione Sacramentorum, cum periculo efficiendi aliquid contra charitatem.

Respondet Felix Tentative Complutensis tomo 1. tract. 4. de Conscientia c. 3. diff. 10. n. 7. magnum esse discrimen; nam proximus non habet jus certum, ut illi talis res restituatur, sed solum probabile; & ita fine jure petetur restitucionem certam, & illi satisfactio opinione probabili: at vero proximus jus habet certum, ut Sacra menta vera & certa illi tribuantur, cui non satisfactio cum Sacramento dubio aut probabili.

Addo, quod sicut restituens tenetur prospicere bono proximi, ita & bono proprio vel pauperum, & ita non tenetur sequi opinionem dicentem, ut restitutus; sed potest se conformare opinioni affirmanti, ut sibi retineat, vel pauperibus eroget. Haec illa.

268. Si inferas: ergo cum quis petit consilium a Doctore, an restituere debeat in casu, in quo sunt variae & contrariae opiniones, non poterit Doctor respondere eum debere restituere, sequendo opinionem probabilem; quia sic non videtur satisficeri obligationi charitatis erga ipsum. Sic enim eum exponit periculo, ut restituat ex suis

bonis id, quod revera non deberet restituere.

Respondet Vasquez 1. 2. disp. 63. n. 14. neg. consequentiam: quia (inquit) ex charitate non potius debet Doctor ille prospicere restituenti, quam ei, cui factenda est restitutio; ac proinde ut obliget interrogantem ad restitutionem, satis est sequi opinionem suam probabilem.

Quod si quis dicat (prosequitur idem 269.) Autem paucis interjectis neminem esse obiectum obligandum ad restitutionem ex sola opinione, quia melior videtur conditio possidentis; ac proinde ex sola opinione obligandus non est. Respondeo regulam illam juris: Melior est conditio possidentis, intelligendam esse in casu dubio, non autem cum est varietas opinionum; nam quando est varietas opinionum, non dicitur res dubia. Haec ille.

Planè (inquit) non dicitur res dubia negative; sed dicitur res dubia positiva. Quod autem regula illa juris intelligenda fit in casu dubio negativo, & non etiam in casu dubio positivo, unde probatur? Quippe non ait regula juris: In dubio melior est; sed: In pari delito vel causa potior est conditio possidentis. Et lex 128. ff. de diversis regulis juris: In pari causa possessor potior haberi debet. Cur ergo etiam in casu dubio positivo possessor non habebitur potior?

Respondet Vasquez supra, quia alioquin judices non possent secundum opinionem quam putant probabilem, spoliare aliquem re quam possidet, & alteri eam adjudicare.

Sed contra: Regula Juris non ait: In causa probabiliori; sed: In pari causa. Ergo 270. Obiectio, tametsi regula illa intelligatur in casu dubio positivo, quando videlicet opiniones contrariae forent æquè probabiles; nihilominus judices possent secundum opinionem, quam omnibus consideratis, etiam ipsa possessione, putant probabilem, spoliare aliquem re quam possidet, & alteri eam adjudicare.

Nonne in dubio vel pari causa de valore dispensatio, v. g. in impedimentoo Matrimonij, non obstante quod possessor sit pra impedimentoo (quippe quod ante dispensationem certum erat) judicatur dispensatio valida? Sed cur hoc? Quia possessioni præponderat præsumptio valoris actus, juxta legem Quotiens in stipulationibus ff. de verbis obligationi, ibi: Quotiens in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit. Et lege Quotiens in actionibus ff. de Rebus dubijs, ibi: Quotiens in actionibus

Dd

Response
Vasquez,

In dubio de
valore dis
pensationis
judicatur
dispositio
valida.

Disparates
inter ultimam
opinionis
probabilis
distantias
non esse re
stituendum
& usum
probabilis
opinionis
in admini
stratione
Sacramen
torum,
Filia,

An Doctor
interroga
mus potius
obligare ad
restitutio
nem secun
dum op
tionem
probabile?

nibus aut exceptionibus ambigua est oratio, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat quam pereat. Idem habetur cap. Abbate de verbis significi, ibi: Profecto sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere posit potius quam pereire.

Ergo similiter in casu praesenti tanta potest esse probabilitas causa perentis restitutionem rei sua, ut etiam considerata possessione alterius partis, adhuc probabilitus sit rem ipsi deberi, vel saltem vere probabile: & in istis circumstantijs Doctor consultus poterit respondere possidentem debere restituere, sequendo opinionem suam probabilem.

An Doctor interrogatus debet respondere secundum propriam opinionem.

Dico, Opinionem suam; quia, si verum est, quod ait Vasquez supra: Qui interrogat Doctorem aliquem an obligatus sit ad restituendum, non interrogat de opinione aliorum Doctorum, sed de opinione ipsius quem interrogat; si hoc, inquam, verum est, Doctor interrogatus non videtur suo muneri satisfacere, si relinquens suam opinionem, qua credit eum non obligari ad restituendum, secun-

dum aliorum sententiam respondeat obli-
gando ipsum ad restitutionem: etenim in-
terrogantem solūmodo inquirere quid ipse à parte rei facere debeat vel posse,

nisi aliud expressè significet. Sanè si Doctor eum excusat ad restitutione secundum sententiam aliorum, credo firmiter, quod nullatenus conquereretur de de-
ceptione.

Atque ex his sit finis impositus huic 271
controversiae, immo & Sectioni. Nam quod attinet ad jurisdictionem Ministri, planè aliqua requiritur extra casum neces-
sitatis, nè videlicet in Ecclesia Dei omni-
naturae inordinatè & confusa fiant; sic (in-
quam) requiritur, ut pccet, etiam mortaliter,
qui sine ea ministrat Sacramentum
(excepto Matrimonio) ut patebit suis lo-
cis agendo de Sacramentis in particulari.

Impræseniarum sic expeditis conditio-
nibus requisitis ex parte ministri, reliquum
est ut examinemus conditiones necessarias
in suscipiente.

SECTIO OCTAVA.

De Suscipiente Sacramentum.

I.
Soli viatores sunt capaces Sacramentorum.

Constat Primo solos viatores esse capaces Sacramentorum, morali (ut sic loquar) capacitate, id est, cum effectu gratiæ sanctificantis. Posset quidem physicè Beatus sumere sacram Eucharistiam (nam etiam bruta possunt materialiter sumere sacram hostiam). non tamen sacramentaliter tamquam cibum spiritualem nutritivum.

Constat Secundo apud omnes Catholicos, nullam in parvulis (eadem est ratio perpetuum amentium) requireti fidem, intentionem aut aliam quamcumque dispositio-
nem, ut validè, immo fructuosè suscipiant Sacra-
menta, quorum sunt capaces, puta Baptismum, Eucharistiam, Confirmationem, & verosimilius Ordinem.

Quaris rationem? In promptu est, scilicet carentia usus rationis, ex qua incapaces sunt proprie fidei, intentionis aut alterius cuiuscumque dispositio-
nis. An autem requiratur fides vel intentio parentum offeren-
tium suos parvulos, statim videbi-
mus.

Tota ergo controversia devolvitur ad

adultos, id est, ratione utentes, vel qui aliquando ratione usi fuerunt, in quibus certum est plura requiri ad licitam, quam ad validam tantum susceptionem; ut etiam superiori Sectione vidimus plura requiri in ministro ad licitam ministratio-
nem, quam ad validam tantum. Incipien-
do autem ab ultimo :

CONCLUSIO I.

Adultus qui nunquam conser-
tit, sed penitus contradicit,
invalidè suscipit Sacramen-
tum, quod consistit in usu.

Adules
non con-
tinens
Eucha-
ristiam.

Dico quod consistit in usu, quia de Eu-
charistia, quæ est Sacramentum per-
manens, est diversa ratio; quippe ante sum-
ptionem supponitur habere veram ac pro-
priam rationem Sacramenti. Unde etiam
animalia irrationalia validè illud suscipiunt;
ergo etiam homo penitus contradicens.